

1143.

1. 00
2. 00

L. 2. K. 2. 5. 9. 8

a-Kg 4999 (16) ←
L. P. a. (K 274 58) ←

00 ←

24

DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE
CAPITULATIO-
NIBUS BELLICIS,

QUAM

DEO T. O. M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINC^E AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, DUCATUS MAGDEBUR-
GICI GUBERNATORE, ET RE-
LIQUA,

IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. D. PROF. PUBL. ET FACULT. JURID.

ADSESSORE,

Ad d. Septembr. Anno MDCCVII.

H. L. Q. C.

Placido Eruditorum examini submittet
FRIDERICVS PAVLVS HAGER,

Gothanus,

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis JOH. GRUNERI, Acad. Typogr.

(xxiv.)

DISSERTATIO IURIDICA
DE
CAPITULATIO.
IURIS BELLICIS.


MANO

RECOLGE MAGNIFICENTISSIMO
SALVATORE TURNO DE DOMINGO
DIOCTO. M. V. D'INDENGERE

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
IACOBO ERIDERICO. FUDVICI.
I. G. H. D. H. R. P. O. ET FACULT. IERIDI.
P. R. E. S. I. D. A.
L. G. V.
CIDI QUAERENTIAE, ET RE
DENSCICO, DUCAVUS MAGDEBVR
TRINICIO HORUSID MARCHIONE BVRN.
DN. PHILIPPO ALTHENO.

Bisiglo Etagelore eximii impensis
EUDERICAS PAPAS HUGER
Gothicus.

Уильям Гринвич Адмиралтейство



DISSERTATIONIS JURIDICÆ
DE
CAPITULATIONIBVS BELLICIS

CAPUT I.
GENERALIA PER TRACTAT.

CONTENTA HUJUS CAPITIS.

Capitulationis vocabulum apud veteres scriptores Latines non deprehenditur §. I. Ejus derivatio §. II. Capitula & Capitularia pro Regum sanctionibus atque Decretis accipiuntur §. III. Aliae significaciones. Quid sit enim Capittel lesen / ein Capitler §. IV. De ortu vocis Capitulationis §. V. Capitulationis descriptio §. VI. De Capitulatione Imperatorum. Adcapitulare, Concapitulare, §. VII. Capitulationes quoque in aliis regnis extra Germaniam deprehenduntur §. IX. Capitulations Episcoporum §. IX. Officialium militarium §. X. Capitulations, quæ ditionem rei alicuius pro objecto habent. Illæ vel sunt generales, vel particulares §. XI. Vel honorabiles, vel ordinariis signis honorum destitute §. XII.

A 2

§. I.

§. I.



Apitulationis vocabulum autore Johanne Limnæo ad Capitul. Imp. & Regum Rom. in prolegom. Sect. i. num. 9. & 10. apud veteres scriptores Latinos non reperiatur, sed probabile est, illud inter Italos demum tempore corruptæ linguæ natum, dehinc ab aliis suscepimus fuisse; etiam ab iis, qui lati nam linguam barbarismis auxerunt. Interim tamen hodie civitatis jus quasi obtinuit, & illis, qui jura, præcipue publica, tradunt, satis vulgatum est. Esto autem, JCtos non semper studere puritati linguae latinæ; nobis tamen prodesse poterit tritum illud: Verba valent sicut nummi. Unde in antecessum veniam precamur hnic vocabulo.

§. II. ATIVETKO

Descendit illud a voce *capitulum*, quod nihil aliud significat, quam sectionem, sive partem scripti alicujus ex diversis punctis compositi. Sic canonum ecclesiasticorum Codices ita nuncupati, quod per capitula, seu sectiones digesti distinctique sint. Unde quoque Theodulfus Aurelianensis *Capitula* vocavit librum, quem scripsit ad Presbyteros Parochiæ suæ, seu Acta synodica, in quibus ad cleri & populi emendationem præcepta continentur, vid. Carolus du Fresne in *Glossario ad scriptores mediae & infimae Latinitatis sub voce: Capitula & Capitularia*. Et hanc quoque causam esse puto, quod textus ex jure Canonico & in specie ex Decretalibus, non dicantur *Leges*, sed capitula, id est partes Constitutionum Papalium. Raro enim illæ integræ adducuntur.

§. III.

Porro *Capitula* atque *Capitularia* dicuntur Regum sanctiones & decreta, quod perinde per capitula digesta sint. Neque tamen universum statuta Regalia capitulorum & capitularium

um
tis,
fent
in I
gu
per
quo
Bal
moh
Hin
jor
qua
vini
mon
mon
ro i
tul
m
cu
ma
ill
C
et
bu

um nomine donata, sed ea potissimum, quæ in publicis comitiis, vel synodis, vel conciliis Episcoporum & populorum confessu ab ipsis Principibus edebantur, in iis scilicet casibus, qui in Legibus deerant. Unde proprio loquendo dicuntur Legum appendices & additamenta eaque in synodis sancita, quo pertinent Capitularia Caroli M. Caroli Calvi, aliorumque de quorum Editoribus, Tillio, Pithœo, Lindenbrogio, Sirmondo, Baluzio, conferri potest citatus du Fresne loc. alleg. ubi & multa loca ad illustrationem hujus materiae pertinentia ex Hincmaro Remensi, Eginhardo aliisque adfert, quæ ostentationis causa exscribere nostri instituti non est.

§. IV.

Ergo & hoc per modum indicis saltem adnotasse sufficiat, quod *capitula* interdum denotent breves lectiones, quæ in di-
vino officio loco Lectionum leguntur: item, quod *capitulum*
mox pro loco, in quem convenient Monachi & Canonici:
mox pro capitulis tegumento muliebri capiatur: *capitulare* ve-
ro interdum idem sit, ac succensere, punire, quod sit in Capi-
tulis Monachorum, ubi vitiosi & delinquentes puniuntur & e-
mendantur, du Fresne *sub his vocibus*, unde dicitur, dare ali-
cui capitulum, vel accipere capitulum, ein Capittel lesen/Li-
mnæus loc. cit. n. 17. imo & hoc exinde provenire conjicio, quod illi, qui rixantur & mutuis conviciis sese afficiunt, vocentur
Capittler/sie zanken sich/ wie die *Capittler*. Sed hæc, uti di-
ctum, obiter saltem attrulimus, cum neuter ex hisce significati-
bus ad præsentem scopum nostrum pertineat.

§. V.

Ipsum *Capitulationis* vocabulum neque in glossario du Fresne, neq; in thesauri Fabri Editionibus, quas nobis inspicere licuit, deprehenditur, neque etiam Limnæus certi quid de tempore receptionis & approbationis affirmare audet; sed hoc saltem conjicit, Imperante Carolo V. ac ejus successore

Ferdinando. ex aula Cæsaris Germaniæ illud communicatum fuisse, quia in Caroli V. aula lingvæ exoticæ primatum tenuerint. Et in specie quidem originem vocis ab Italorum *capitulare*, quod est pacto convenire deducit. Ab Italos Gallos eandem accepisse opinatur, quippe quibus *capituler* est articulatim pasci, ex æquo conditiones articulofas ferre, conditiones petere, aut postulare, conditiones ferre & accipere.

§. VI

Nos hæc omnia in medio relinqvimus, quia inquisitio in originem vocis principale caput Dissertationis nostræ non constituit. Videamus ergo, quomodo *Capitulatio in genere* sit describenda juxta illum significatum, qui haec tenus receptus fuit. Putamus eam esse *conventionem inter duos pluresve de facto aliquo ab altero prestando*. Dicimus *de facto prestando*. Plurimæ enim capitulationes non habent pro objecto translationem dominii rei alicujus in commercio existentis, sed certa officia personarum respiciunt, simulq; modum determinant, quæ ratione illa in utilitatem Reipublicæ vel certæ alicujus societatis rite sint expedienda. Exceptio erit in Capitulationibus bellicis, quippe quibus mediantibus urbs, vel fortalitium aliquod in alterum transfertur. Nos interim juxta naturam rerum moralium in definitione nostra posuimus illud, quod ut plurimum accidere solet. Quod si tamen dicta exceptio scrupulum alicui moveat, ac si definitio non sit generalis, ille cum pace nostra verba adjicere poterit: *aut de re aliqua defendenda*.

§. VII

Nobilissima species Capitulationum sine dubio est, quæ inter Imperatorem, vel Regem Romanum ex una, & Electores ex altera parte initur. Si Goldasto in dedicat. tom. 3. *Conflit. Imper.* §. *Imperatori autem*, credimus, scriptores antiqui, ut Aimonius, Abbas Urspergensis aliisque sub nomine *Legum Palæ-*

Palatinarum idem intellexerunt, quod nos Capitulationem Cæsaream dicimus, vocabulo *Legum* tamen improprie accepto, quippe cum Leges non nisi a superiori proficiantur. De origine harum Capitulationum & quo tempore illæ cœperint, maximus inter DD. juris publici, aut, si mavis, inter Historicos est dissensus, prout communiter in omnibus questionibus fere esse solet; sed nostrum non est, tantos compонere fluctus, neque controversiam hanc magniponderis esse existimamus. Magis juridica quaestio est: *enī jus prescribendi capitulationem competit, an solis Electoribus, an simul quoque aliis Statibus Imperii?* Verum & de hac ex merito agere ratio instituti nostri non permittit. Adeat Limnæum, Conringium, Mauritium, Rachelium aliasque, cui naturam Capitulationum Cæsarearum indagare volupe est. Acta publica de jure conficiendi Capitulations deprehendet apud Pfeffingerum *in not. ad Vitriar.* l. 1. tit. 7. & Muldenerum *in Capitulat. harmonica in appendice*, ubi & de jure concapitalandi & adcapitalandi, add. Sprenger, *de J. P.* l. 1. c. 28. Furstener. *de Supremat.* c. 38. Herden in der Grundveste Part. 3. Cap. 3. Textor de rat. stat. Cap. 18.

S. VIII.

In aliis regnis, in quibus imperantes restricta potestate gaudent, similes capitulations deprehenduntur, quamvis ipsum capitulationis vocabulum non ubivis in usu sit. Poloni vocant **PACTA CONVENTA**, & notabile est, quod tempore electionis Sigismundi Ordines Regni expresse stipulati fuerint, ut liberi sint ab obsequio & fide Regis, si contingat Regem a Pactis etiam uno tantum in capite recedere, conf. Speidelius *in speculo Jurid. Polit. Philol. sub voce: Capitulation, Kaiserliche und Königliche Capitulations*. De Capitulationibus Regum Galliæ, Angliæ, Sueciæ, Hungariæ, &c, idem Autor nonnulla adducit, quæ tamen hodie, postquam

quam in multis regnis notabiles mutationes contigerunt, ita simpliciter accipi non possunt.

§. IX.

Juramenta quoque ab Episcopis super certis capitulis sive punctis præstari solita, præcipue de conservandis & non alienandis rebus Ecclesiæ suæ, vid. Corvini *Jus Canon.* lib. 1. tit. 6. §. 7. capitulationis speciem præ se ferunt. Imo formula administrationis, quam Capitulum in electione Episcopo prescribit, expresse Capitulatio vocari consuevit, *Instrum. Pac. Westphal.* art. 5. §. 17. ibi: *Postulati vero, seu electi, in capitulationibus suis spondeant, se suscepitos Ecclesiasticos Principatus, dignitates & beneficia nequaquam hereditario jure possessuros &c.* Schilter. in *Instit. jur. Canon.* lib. 1. tit. 7. §. 13. In Electoratu Coloniensi talis Capitulatio est die Erblands Vereinigung, quam Electorem autem illa se obligari negabat, & in Manifesto quodam multas causas allegabat, umb den Unterscheid zu zeigen zwischen der Capitulation des Käyser's gegen die Reichs-Stände/ und derjenigen/ welche ein Churfürst zu Cölln mit seinem Capitul auffzurichten pflege. Verum in has inquirere, instituti nostri non est. In ejusmodi capitulationes, quibus capitulares extra consensum Provincia- lium suos Episcopos ita devincere tentarunt, ut quoad admini- strationem regiminis non dominis, sed mancipijs similiiores fuerint, acriter invehit Werdenhagen *de Circulis S. R. I. cap. 30.*

§. X.

Porro notum vulgo est, quod quando quis officium ali- quod militare ambit & hoc nomine certa pacta cum superiore init, e. g. quod aliquot milites conscribere, vel certam pecu- niæ summam persolvere debeat pro obtainendo loco hono- ratiore, quod, inquam, talia pacta communiter capitulatio- nis nomine insigniantur, vid. Rachelius *de capit. regni Ger-*
man.

CAP. I. GENERALIA PERTRACTAT.

9

man. cap. I. §. 4. Unde s̄epius, si alter hisce pactis contravenit,
audiuntur querelæ, man habe die Capitulation nicht gehal-
ten/& vice versa: man habe der Capitulation kein genügen
geleistet/&c.

S. XI.

Hæ sunt illæ capitulationes potiores, quæ juxta §. VI, præ-
stationem facti alicujus, seu officia personarum respiciunt. Per-
venimus jam ad illas, de qvibus in praesenti ex instituto agere
animus est, scilicet ad *Capitulationes bellicas*, qvæ *deditio*ne*m* al-
icujus rei pro obiecto suo habent. Illæ iterum non sunt unius
generis. Dividi (I.) possunt in *Capitulationes generales & par-*
ticulares. Illæ sunt, qvando de multis urbibus simul, vel de in-
tegra provincia dedenda inter belligerantes convenitur, cu-
jus illustre exemplum nobis dedit *Capitulatio inita d. Xlll.*
Mart. MDCCVII. inter Comites de Schlick & de Daun ex una,
atqve Generales locum tenentes Gallos de St. Pater de la Ja-
vellerie, ex altera parte, concernens Ducatum Mediolanen-
sem & Ducatum Mantuanum. Excerptemus saltem aliqua-
qvæ ad nostrum scopum faciunt & adeorum illustrationem,
pertinent, qvæ infra dicentur. Ita vero conventum Art. I.
Dass die Fransosen alle Plätze in Italien räumen und ihre
Truppen nach Frankreich zurück ziehen/solche aber durch
drig unterschiedliche Routen gerade nach Susa abmarchiren
lassen sollen. Art. II. die Plätze/welche auszuräumen/ sind
das belagerte Schloß zu Meyland / Cremona, Sabionetta,
Mantua, mit allen zugehörigen Dörfern/ingleichen Mirandola,
Valenza und Finale. Art. VI. Alle vorgesehene Plätze wer-
den mit Kaiserlichen Völkern besetzt/ und sind von dieser
Capitulation beyde Herzoge von Mantua und Mirandola völ-
lig ausgeschlossen. Art. VII. Denen ausziehenden Feindlichen
Guarnisonen ist bewilligt mit Sac & Pack / fliegenden
Fahnen u klingenden Spiel auszuziehen/u einem jeden Reu-
ter

B

ter und Dragoner sind 15. Schüsse an Pulver und Bley accordiret. Item 10. Stücke und auf jedes 15. Schüsse; sonst aber sind sie gehalten alle Stücke wie auch die Kriegs-Munition zurück zu lassen. Art. IX. Die Garnison von Finale soll über obige 10. Stücke noch 4. aus selbiger Festung mit nehmen. Art. IX. Man hat auch dem Feinde bewilligt seine Feld-Artillerie so in 24. Feld-Stücken bestehet zu, also zusammen 38. Canonen mit zu nehmen davon das schwere seie 12. Pfund schiesset. Art. X. Alle Deserteurs sollen sie zurück lassen/ doch sollen dieselbe auffrachen Fuß gestelllet werden/ und ihnen erlaubet seyn/ sich bey denen Alliirten oder Franzosen oder auch unter dem Due d' Anjou zu engagiren. Art. XI. Man wird ihnen auf dem March alle subsistenz gegen bahre Bezahlung reichen/ doch sollen sie die Fourage umsonst haben und fourniaret solche der Staat von Meyland. Aliud exemplum eiusmodi Capitulationis generalis habuimus An. 1704. d. 7. Nov. ubi tota Bavaria cum omnibus fortalitiis, quæ Bavari adhuc possidebant, excepto Monachio, Imperatori dedebatur. Novissimum est capitulatio urbis & Regni Neapolitani, hoc anno Mense Julio facta. Hæ, nempe Capitulationes particulares, vocantur, quæ dedicationem unius urbis aut fortalitii concernunt. Imo, licet interdum duo fortalitia simul dedantur; hoc tamen adhuc Capitulationis particularis nomen retinet.

§. XII.

Deinde (2) capitulationes sunt vel honorabiles, vel ordinariis signis honorum desitute. In illis conceditur militibus praesidiariis obsessis, ut ex urbe vel fortalitio obsesso egrediantur mit Kriegs-Ehr-sive, mit denen gewöhnlichen Ehren-Zettchen. Consistunt autem illa signa honoris in hisce potissimum: daß sie durch die Breche (wenn eine geleget worden) mit klingendem Spiel/liegenden Fahnen/Ober- und Unter-gewehr/die Cavallerie zu Pferd mit dem Degen in der Hand und

und die Dragoner gleichfalls zu Pferd mit erhabnen Flinten/
ita in Capit. urbis Bonnæ A. MDCCIII.) Kugel im Munde/
und brennender Lunte/ausziehen/wie auch die Bagage,eini-
ge Stücke Geschütz/etliche Schuß Pulver und Kugeln/ auch
zuwellen Bomben mit sich nehmen. In hisce autem talia signa,
vel in totum, vel ex parte omittuntur. Sic interdum nec Offi-
cialibus,nec militibus gregariis alia arma præter gladios re-
linqvuntur: interdum soli officiales hos retinent , sie zelehen
aus mit dem Degen an der Seite / gregariis autem adimun-
tur,&c. De singulis in seqventibus capitibus fusius dicerur.

CAPUT II.

DE
ILLIS CASIBUS, QUANDO CAPITULATIO
VEL PLANE DENEGARI, VELILLA SALTEM
CONDITIONIBUS NON HONORA-
BILIBUS CONCEDI SOLET.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

Laudatur Scheinemannus , qui de hac materia differuit. §. I.
Questio præjudicialis: utrum liceat presidiariis sub clausula
clementia & discretionis hosti obſidenti ſeſe dedere? Dubia, cum
reſponſione. §. II. Casus & circumſtantiae, quando talis deditio
permissa ſit? §. III. & IV. Quid Gubernator obſervare debeat, ut
ipſinibil imputari queat? §. V. Gubernator urbis obſeſſe neceſſa
ticeſſe debet. §. VI. Neceſſitas tamen ab allegante probanda eſt. §.
VII. Juſta cauſa deditioſis nondum eſt, ſi hostiſ truculentum exci-
diu[m] urbi minitetur, p[er] etiam Gubernatori ac reliquis presidia-
riis infelicem mortem §. IX. De cauſis, que obſidentes ad de- nega-
tionem capitulationis inducere ſolent. Cauſa prima §. IX. Cauſa
ſecunda §. X. Obſidentes non ſemper utuntur funno, rigore pro-
pter certas circumſtantias §. XI. Cauſa tertia §. XII. Quarta
§. XIII. Quinta §. XIV. Capitulatio ſubditis rebellibus ſemel

CAPUT II.

12

concessa, sancte servanda est §. XV. Sexta causa denegandi capi-
tulationem §. XVI. Qui absque capitulatione hosti se dedunt,
illi propterea libertatem non amittunt §. XVII. Victor tamen
in eos decernere potest, quicquid ipsi placuerit §. XXIX. Recensem-
tur casus, quando in deditos graviter animadvertis solet. Exem-
pla huc pertinentia §. XIX. XX. Casus, quando cum deditis
mitius proceditur. Exempla huc pertinentia §. XXI. Deditio-
nes conditionatae §. XXII. Nobile exemplum de ditione
urbis Verucensis §. XXIII. Casus, quando capitulatio quidem
conceditur, sed tamen conditionibus non honorabilibus §. XXIV.
Exempla huc pertinentia §. XXV.

§. I.

Cum de hac materia iam peculiaris extet Disputatio
sub titulo: *Hostis supplex; sive, de ditione sub clausula
clementiae & discretionis*, auf Gnad und Ungnadt
habita Tubingæ Anno 1690. sub Präsidio Profes-
soris Moralium L. Davidis Scheinemann; hinc ea, quæ ibi
jam deduxit Autor disputationis, per modum indicis saltem
recensebimus, additis tamen nonnullis, quæ ille vel plane
non, vel paucis saltem tetigit, prout ex collatione patebit.

§. II.

Præjudicialis quæstio est: utrum licet præsidarii sub clau-
sula clementiae & discretionis hosti obidenti se dedere? Pro ne-
gativa varia adducuntur apud laudatum Scheinemannum §.
VII. VIII. & IX. affirmativam tamen idem tuetur §. X. seqq. Et
sane illa, quæ intuitu negativæ, v.g. ex Constitutionibus Regni
Hispania lib. 12. tit. 18. part. 2. non debere quem mortem recusare
pro arcis defensione, pro qua tuenda fortiter quilibet se gerere te-
neatur etiam contrapatrem, solum, vel quondam Dominum, neque
zanti facere mortem, vel quodcumque periculum, que sunt transfor-
matio, quam infamiam, que illi posterisque suis in perpetuum inuri-
tur, si boniti suo non satis feceris: Item ex Polybio lib. 6. fuste
per-

percuti, si qui in praesidio, qua statione positi, per metum deserunt locum: nec non ex l. 3, ff. ad L. Iul. Maiest. crimen l*esa* Maiestatis incurvare eum, qui arcem nontenuit, aut castra hostibus cessit, & familia illa, inquam, omnia nihil aliud evincunt, quam quod miles locum suae defensioni commissum strenue defendere teneatur, quo usque scilicet hoc possibile est, nam ultra posse & hic nemo obligatur.

§. III.

Et hoc ipsum quoque innuunt loca, quæ Joachimus Burgerus in singularibus observationibus juridico-politico-militari- bus Cent. 1. Obs. 10. ex iure militari adducit, ex quo Autore Scheinemannus pleraque etiam depropemptit. Ita in dem Dänischen Kriegs-Recht art. 26. kein Ober- und Unter-Officer soll ohne Entschuldigung sich freywillig/ ohn Befehl unbesürmet von dem Ort/ so ihm zu bewahren befohlen/hinweg begeben/es seye eine Brücke, Paß/Breche, Redoute, Schanze/Lauffgraben/oder ein ander Orth/ so ihm anvertrauet/bey Leibstraff ohn alle Gnad/es wäre dann/dass er solchel Ur-sach für dem Kriegs-Recht einwenden könnte/dass ein teglicher ehrlicher Mann zu erkennen/dass er keine Schein Ursach ge-habt/und dass er zum Überfluss entschuldigt sei. Et in art. 27. vielweniger soll iemand eine Festung/er sey gewissen Ent-sagcs vermutwend/oder nicht/übergeben/bey Leibs/Ehr/be weg-und unbeweglicher Güther Straff und Verlust. Und da semand dieselbe höchsten und unerträglichen Mangels halben/an Volk/Proviant, oder Munition auffzugeben ge-nöthiget würde/ und uns deswegen bey Zeiten nicht gewar-schauet/ soll für dem Kriegs-Rath zu Rechte stehen. Addatur omnino das Brandenburgische Kriegs-Recht tit. 8. art 42.

§. IV.

Testatur Eberhardus Hoyer in not. ad d. tit. 8. in Corpor. jur. milit. Brandenb. pag. 611. Edit. de 1.1700. se obseruisse, quod

præter tres illas causas, qvæ in cit. art. 42. recensentur (1.)
 Wenn ganz keine Lebens-Mittel mehr übrig gewesen/ (2.)
 wenn man keinen Entsaß zu hoffen gehabt / & (3) wenn
 nichts anders zu vermuthen gewesen / als daß die Festung
 in kurzer Zeit mit Verlust des ganzen Kriegs-Volks in des
 Feindes Hände gerathen müsse/in praxi etiam pro sufficienti-
 tibus reputatæ fuerint: (1.) Wenn die Festung nicht mit
 genugamer Mannschaft besetzt gewesen: (2.) Wenn der
 Feldherr die nöthige requisita nicht in der Zeit verschaffet
 hat. (3.) Wenn der Commandant seine devoir gethan und
 ihm keine faute beygemessen werden können: (4.) Wann die
 Festung durch des Feindes Breche schiessen / so mangelhaft
 worden / daß er sie mit seiner wenigen Mannschaft nicht ge-
 nugsam repariren / und ob er schon das äußerste versuchet /
 dennoch des Feindes Gewalt nicht abwenden können. (5.)
 Wanns ihm gefehlet hat an Munition und Kriegs-Instru-
 menten. (6.) Wann seine unterhabende Mannschaft aus
 Leibes-Schwachheit entwedee nicht hat fechten können/oder
 aber aus rebellischen Gemüthe nicht fechten wollen/ungeach-
 tet er mit guter Vermahnung und tapffern Exempel ihnen
 fürgegangen/ auch/da dieses nichts erheben wollen/einen ge-
 bührrenden Ernst gebrauchet und ein und andern Rebellen
 selbst nieder geschossen. (7.) Wann es ihm schon an nichts ge-
 mangelt / er könnte aber gnugsam erweisen/dß er das äußer-
 ste ausgehalten und dennoch vom Feinde überwunden wor-
 den. Conferantur hic sententia, quas Burgerus Obs. 10. Cent.
 1. adjecit, ex quibus in specie notandum, quod Gubernator
 regulariter de ditione urbis cogitare non debeat, bis zum
 wenigsten eine Breche versertiget/oder ihm die Contrecharp
 abgenommen worden. add. Gerhard Feltmann. Responsi-
 micar. 1. § 2.

§. V.

S. V.

Dicebatur inter alia in S. preced. quod pro sufficienti excusatione factæ deditio[n]is reputetur, wann der Commandant seine devoir gethan und ihm keine faute beygemessen werden können. Pertinet huc (1.) daß er sich in der Zeit mit allerhand nöthigen vivres für Menschen und Vieh / mit Volk/Geld/Munition und Proviant / wie auch allen andern requisitis, so zu conservation der Vestung dienen / so viel möglich/versehe und zu dero Behuff alle in den nächst gelegenen Orthen vorhandene victualia für billige Bezahlung in die Vestung her ein hohlen lasse. (2.) Er mag auch alle Personen/so untüchtig zur Gegenwehr sind/ u. nur das Proviant consumiren / aus der Vestung weg schaffen. (3.) Er soll auch die Vestungs-Einwohner und seine eigene unterhabende Soldaten jederzeit höflich tractiren und zu Freunde halten/ damit er bey heranbrechender Noth auf sie sicherlich sich verlassen / und ihrer Hülffe in allen habhaftig seyn könne: wann sie auch zaghaftig und kleinmütig werden wollen/ so muß er ihnen ein Herz[e] einsprechen/sie auf grosse Hülff und reiche Belohnung vertrösten. (4.) Er muß sich auch in der Zeit mit Wasserbrunnen und sonstigen anderem Wasser und Mühlen versehen; sodann mit Sturm-Pfalen/Pallisaden/Schanzkörben/ Steinen/ Balcken und Brettern/ item, seinen Vestungsbau in der Zeit fürnehmen. (5.) Und da er nun meinet/ daß er gnugsam versehen sey / so thut er wohl / wenn er einen Überschlag seines Vorraths macht und darnach die Ausstellung anstelle[t] / und so viel möglich/ alles spahret und zu rathe hält. Auch wenn der Feind heranrücket/ seines Vortheils wahrnimmet/ und zu rechter Zeit (nicht aber zur unzeit) denselben mit Ausfallen/ Contra-Minen und sonstigen allerhand Abbruch thut. Hæc ergo si observat Gouvernator, tunc extra culpam constitutus est, vid.

vid. Hoyer. ad cit. art. 42. jur. milit. Brandenb. Adhuc magis cautus tamen est, si ducem belli supremum, quantum possibile est, per emissarios de statu urbis obfessæ informat, ejusque jussum expectat, quo pertinebant verba iuris militaris Dani-
ci supra g. lll. b. cap. und uns deswegen bey Zeiten nicht ge-
warschauet/quamvis etiam de eo casu intelligi possint, si Gu-
bernator ante obfessionem cœptam unum alterumve defe-
ctum deprehenderit & tamen ea de re ad superiorem nihil re-
tulerit.

s. VI.

Hæc omnia, inquis, eo saltem tendunt, quod Guberna-
tor urbis obfessæ *equis conditionibus* urbem hosti dedere pos-
sit, non autem, quod sub clausula discretionis & clementiae i-
psum militem præsidiarium victoris potestati subjecere ipsi li-
ceat. Imo vero, utrumque exinde consequitur. Supposi-
to enim, Gubernatorem omnia fecisse, quæ ab illo require-
bantur, & nihilo minus tamen urbem obfessam ad tales an-
gustias atque extremitates redactam esse, ut nulla spes repel-
lendi hostem superstet, tunc sane non est in obfessorum pote-
state, ut ex voto capitulationem obtainere possint, quia ipse leges
non præscribunt, sed easdem accipere coguntur, prout
alias in conclusione pacis fieri solet, ubi victi in extremis con-
stituti tales pacis conditiones acceptare necesse habent, qua-
les victor iisdem concedere vult, quod Germanis nostris in-
tuitu Regis Galliæ sæpe evenit, unde Gallus plerumque am-
bitiosa hac voce usus: se Europa pacem atque tranquillitatem do-
nare velle. Ceterum, suppositis hisce circumstantiis amisio
urbis & præsidiorum pro mero casu fortuito haberi debet,
ad quem præstandum nemo mortalium obstringitur. Sic
Attilio præfecto præsidii Locrensis, cum videret, se deditio-
nem a civibus ad Poenos factam impedire non posse, vitio da-
tum non fuit, quod se cum militibus Romanis, qui cum eo
erant,

erant, ut eos crudelitati hostium eriperet & Reip. incolumes servaret, Rhegium devehī passus est, Livius lib. 24. Burger,
Cent. I. Obs. 10, & Cent. 4. Obs. 76

§. VII.

Sed quæritur: *quisnam probare teneatur, obcessos in tanta necessitate constitutos fuisse?* Respondetur ex vulgatis principiis, casum sive necessitatem pro defensione allegatam considerare in facto, facta; autem non presumi, sed probari debere ab eo, qui se in illis fundat, Mascal. *de probat.* Concl. 27. n. 4. ad eo, ut non solum debeat probare allegans casum fortuitum, sed amplius etiam probare cogatur, omnem culpam & negligientiam absuisse, Burger. Cent. 4. Observ. 76. Et hinc in casibus ejusmodi, ubi presumptio est, fortalitium sine justa causa deditum fuisse, per modum inquisitionis contra Gubernatorem procedi solet, hic vero, uti alias accusati, vicissim ea affect & probare nititur, quæ ad excludendam accusationem, vel inquisitionem aliquid contribuere possunt. Putarem quoque magnam exinde pro accusato oriri presumptionem, si in aliis occasionibus ira omnino sese gesserit, prout strenuum militem hoc decet, nam & pro defensione admittuntur presumptiones ex vita anteacta desumptæ.

§. IX.

Quæritur: *an justa deditionis causa sit, si hostis truculentum excidium urbi minitetur, vel etiam Gubernatori atque reliquis praefidariis infelicem mortem, v. g. man wolle niemanden pardon geben, veluti nuper habuimus, man wolle den Commandanten / wo er sich zur wehre stelle / unter dem Thor ausschnecken lassen / vel, man wolle des Kindes in Mutterleibe nicht schonen / &c.* Respondetur, si alia ante recensita non concurrant, propter nudas ejusmodi minas Gouvernatorum urbem hosti tradere non posse, nedum sub clausula discretionis dedere. Nam & hic locum invenit, quod in l. 9. C.

C

de

de his, quæ vi metusve causa gesta sunt, dicitur, metum non iactationibus tantum, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenire. Si enim tales minæ sufficerent, tunc sane, quilibet hostis illis usurus esset & per consequens nullis ageribus, vallis aut muris opus haberemus, aut utilitatem exinde sperare possemus. Neque etiam hostis tales minas exequi potest, licet deinde loco obpresso potiatur, nisi apud honestos viros omnesque gentes moratas male audire & infamiam facti quasi contrahere velit. Turcae & alii barbari feroceſita procedunt, non vero, qui probis moribus se adfuetos esse alias profitentur. Quod si interim hostis nihilominus tam barbarus sit & truculentiam, quam minitatus est, exequatur, tunc Deo ejusque vindictæ hoc committendum, & hoc non obſtante id strenue faciendum, quod fides erga Principem & patriam poſtulat.

§. IX.

Recensuimus §. IV. b. Cap. causas, quæ Gubernatorem in genere excusare ſolent, quod urbem obſeffam hostibus derit; nunc paucis adhuc addendum, quidnam ſcilicet obſeffentes præcipue inducere ſoleat, ut capitulationem obſeffis vel in totum, vel ſaltēm abſque conſuetis honorum ſignis denegent? Referimus huc (1.) quando hostis probe cognitum habet, quod apud obſeffos ſumma vietus, vel militum, vel pulveris pyrii aliorumve instrumentorum bellicorum ad defenſionem neceſſariorum inopia deprehendatur. Dico notanter: si hostis hoc probe cognitum habet, Nam alias ſæpe evenit, ut obſeffis honorabilis capitulatio concedatur, omnibus licet neceſſariis requiſitis deſtitutis, ſi modo hosti obſidenti ignotum fuerit, obſeffos tali defectu laborare. Tali vero caſu Gubernator urbis ſimul quoque excuſatus eſt quamvis milites præſidiarios ſeque ipſum hostium discretioni ſubjecerit. Ad hoc enim nemo obligatur, ut carnibus humanis, ſive cadaveribus, impuris anima libus

libus, v. g. muribus, gliribus, coriis, item ac pellibus, loco alimenti utatur, quamvis Ayala de jur. & offic. bellic. l. 3. c. 18. adducat Constitutionem aliquam Hispanorum, qua injungitur praefecto fortalitii, ut, necessitate famis cogente filium potius comedat, quam hosti arcem dedat injussu Domini, quæ sane durissima est. Qui interim exempla desiderat eorum, qui in obfitionibus tam misero cibo pasti, ille conferre potest Scheinemannum cit. Disp. S. 15.

§. X.

Secunda causa impulsiva denegandi capitulationem esse solet, quando non solum obfessis, sed ipsis etiam obfidentibus constat, nullum sperari posse auxilium, nullamque liberationem, wann kein Entsch zu hoffen/ quod dupliciter contingere potest, vel quando Dominus urbis obfessa tam numero sum exercitum praefecto non haberet, ut liberationem tentare possit, uel quando jam tentavit illam liberationem, sed ejus exercitus ab obfidentibus infeliciter profligatus fuit. Exemplum habemus in obfitione urbis Verucensis (Verua) in Pedemontio, quæ a Gallis expugnabatur tandem die IX. Aprilis MDCCV. obfitionem dirigente duce Vindociensi (Vendome.) Quamdiu enim Dux Sabaudiæ cum exercitu suo in propinquuo, eique communicatio cum obfessa urbe libera erat mediante fortalitio, quod pontem supra flumen Padum constructum defendebat, obfessi sine dubio honorabilem capitulationem obtinere potuissent, si urbem dedere voluissent. Verum postquam expugnato illo fortalitio ruptoque ponte Dux Sabaudiæ castra solvens cum exercitu suo retrocedebat, quippe qui hostibus Gallis maxime impar erat, tunc Dux Vindocinensis capitulationem obfessis simpliciter denegabat, atque exitum famosæ hujus obfessionis ita describebant tunc novellæ & ex illis Autor der Europäischen Fama Part. 34. pag. 715. den 7. April schlug der Commandant, Baron von

Freylingen wiederumb die chamade, doch weil Vendome von nichts anders als Discretion hören wolle, ließ bemeldeter Commandant die Minen anstecken und sprengte also mit einem entsetzlichen Krachen alle Russenwerke auf einmahl in die Luft. Darauff reterirte er sich von diesem Steinhauffen mit seinen Leuten in den Donjon, (welches ein fester Thurn oder gemauertes Gebäude in einer Besetzung ist, wohin die Besatzung auf den Fall der letzten Noth sich einlogiret) und ergab sich den 9ten April mit Anbruch des Tages auf discretion.

§. XI.

Sed tamen nec omni tempore obsidentes hoc rigore utuntur, licet sciant, nullam obsecos sperare posse liberationem. Ergo limitatio prioribus addenda est, si uenpe sperent obsidentes, se intra breve tempus urbe obsecos potiri posse & alie etiam circumstantiae tandem dilationem concedant. Ergo si vident, obsecos se adhuc ad tempus defendere posse, ratione aliarum circumstantiarum extrinsecarum vero multum interesse, ut quamprimum urbem in suam potestatem redigant, tunc in concedenda Capitulatione non adeo difficiles esse solent. Exemplum præbet obsecos Landaviensis a Gallo suscepta anno 1703. Quamvis enim exercitus Fœderatorum profligatus esset atque sic omnis spes liberationis deciceret, nihilominus tamen Gouvernator, Comes de Friesen, discretioni hostis sese submittere nolebat, unde duobus diebus post infelix prælium Capitulatio iniebatur d. VII. Novembr. dicti anni MDCCIII. daß die Besatzung nebst 4. Stücken zwey Mörfern und 16. bedeckten Wagen ausziehen und nach Philippsburg convoyret werden solte.

§. XII.

Tertio obsidentes ad denegationem Capitulationis eo ipso induci solent, quando obsecos ante oblatas henebas conditiones alto super-

superclio rejecerunt, & in loco minus munito integrum exercitum aliquo modo fatigarunt, Scheinemann, cit. Disp. §. 17. Pertinent huc ea, quæ habet Michel de Montaigne des Essais l. 1, c. 14, sub rubrica: *on est puni pour s' opiniatrer en une place sans raison.* La vaillance, inquit, a ses limites, comme les autres vertus: lesquels franchis, on se trouve dans le train du vice: en maniere, que par chezelle on se peut rendre a la temerite, obstination folie, qui n'en scait bien les bornes, malaisez en verite a choisir sur leurs confins. De cette consideration est née la constume, que nous avons aux guerres, voire de mort, ceux qui s' opiniatrent à defendre une place, qui par les regles militaires ne peut estre soutenue. Autrement sous l' esperance d' impunité il n'y auroit poullier, qui n' arrestat une armée. Adducit etiam hic Autor exempla eorum, qui propter ejusmodi pertinaciam gravibus poenis affecti fuerunt, de quibus nobis mox dicendi locus erit.

§. XIII.

Quarto loco tanquam causa movens denegandi capitulationem adduci potest, quando obfessi in ducem belli, vel integrum etiam exercitum, verbis vel factis injurii fuerunt. Pertinet huc locus ex Famiano Strada de bello Belgico lib. 7. de Harlemi obsidione per Federicum, Ducis Albani filium suscepta. Harlemenses, inquit Strada, robustiore in dies audacia nihil omittebant, quo & aggredientium vires armis repellerent & eorum neglectum novis quotidie contumeliis pra se ferrent. Nam sepe in moenibus Hispani complures, qui captivi in urbe attinebantur, in obfidentium conspectu e furcis peperdere. Cumque e Regiis castris projectum esset in urbem abscissum hominis caput cum elogio: Caput Philippi Coninx, qui liberando Harlemo cum bis mille auxiliariis advenit: iterumque aliud titulo fronti adnexo: Caput Antonini Pictoris, qui Montensem urbem Gallis prodidit:

C. 3;

Har-

Harlemenses captiuis undeeim obtruncatis eorum capita dolia inclusa noctu in castra devolvunt circumiecta dolio inscriptione: Albano Harlemenses, ne ob decimum nummum adhuc non solutum persequatur bellum, decem capita persolvunt: ac pro usura dilatae solutionis undecimum superaddunt. Adhæc, pergit Strada ex hypothesi suæ Religionis, impie ludibriiaras in editis mœnium tumulis confituant, Ditum signis exornant, supplicantium hymnosque concinuentium more circumeunt sacræ vestibus induiti: mox ludo in furorem versò, stramineas sacerdotum, monialium, Hispanorumque icunculas manu prælatas flagris cædunt, confodiunt, amputatisque capitibus in castra dejiciunt. Nec deerant, qui Sanctorum, Christique, sanctorum Principis signa pilis Hispanorum impetenda e manibus objicirent, atque impotentibus religionem per jocum incuterent. Concludit tandem ex eadem religionis hypothesi, non impune sacrilegis ludionibus ea fuisse. Quippe observatum, ex illo res Harlemensium copiæ in pejus ruere: donec fame miserum in modum absunti, dedita tandem urbe arbitrio victoris, sensere ultorem Deum. Quæ juxta principia Pontificiæ religionis adducit Strada, eanova non facimus, interim tamen propterea Harlemensi bus excessus aliquis omnino imputari potest, quod ita ludibrio habuerint hostem, & sic ad minimum contra prudentiæ regulas peccaverint.

§. XIV.

Quinta causa esse solet, quando obfessi armis civilibus per rebellionem & seditionem locum obfessum sibi subjece runt. Ejusmodi enim rebelles, quia arima contra Principem sumpererunt, inter milites connumerant & hinc quoque illis juribus indigni censentur, quæ militibus indulgere moris est. Exemplum reperitur apud C. Julium Cæsarem in Comment. de bello gallico lib. 7. Galli scili cet

cet denuo rebellaverant duce Vercingetorige. Vercingetorix post diversas clades Alesiam se contulerat, quam (Alesiam) Cæsar operosa obsidione, profligatis qui auxilio venerant, ad deditioñem cogebat. Ita vero Cæsar d. lib. 7. c. 89, Postero die (postquam scilicet copiæ auxiliares profligatae) Vercingetorix, concilio convocato, id se bellum suscepisse non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa, demonstrat: & quoniam sit fortuna cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu vivum transdere velint. Mittuntur de his rebus ad Cæsarem legati. Jubet arma transdi, principes produci. Ipse in munitione pro castris confedit: eo Duces producuntur. Vercingetorix deditur: arma projiciuntur, &c. Alia exempla apud Historicos passim occurrunt.

§. XV.

Ita diximus, rebellibus capitulationem ut plurimum denegari solere. Sed quæritur: annon illis, si circumstantiae urgeant, ut urbe quantocvus potiamur, capitulo concedi queat, & si concessa est, annon sānde observari debeat? Quin capitulatio concedi possit circumstantiis ita urgentibus, nullum dubium est, caute tamen agit Dux exercitus, si hac in re specialem iussum Superioris expectat. Et postquam ita concessa est Capitulatio, tunc omnino quoque sancte servanda erit. Summus Grotius de jure belli, & pacis l.3.c.19.§.6, hac de re ita differit: Poteſt interdum tanta eſſe aut cauſa iuſtitia, aut reſiſtendi improbitas, ut puniri graviter poſſit. Tamen, ſi quaſe cum deforribus aut rebellibus actum ſit, pana promiſſo opponi non poſteſt. Nam & ſervis fidem ſervandam veterum pietas exiſtimavit, credito, Lacedæmonios iram diuinam expertos, quod Tenarenses ſervos contra pacta occidiſſent. Adſtipulatur Pufendorff, de J. N. & G. lib. 8. c. 8. §. 6. ſubditos rebelles,

les, inquit, qui per vim in ordinem redigit, quid de ipsis statuat, ipse viderit. Sed si per pacta res componatur, ipsa negotii natura ostendit, Regem rebellibus gratiam delicti facere, sic ut obtentu rebellionis pacta nequeant irrita reddi. Rebels autem per eam pactionem de integro civitati conjungi, tique obsequium spondere intelliguntur, cuius sui obsequii velut conditionem præsupponunt observantiam ejus pacti a civitate praestandam. Sic ut in regnis potissimum illud vim Capitulationis, aut legis fundamentalis obtineat.

§. XVI.

Sexto etiam causa denegatæ capitulationis interdum est sola ira atque impetus hostium. Dux Vindocinensis ex mandato Regis sui Christianissimi nullis urbibus, quas Duc Sabaudiæ eripuit, capitulationem concescit, nisi quantum recordamur, præsidariis castelli Nîceensis, quod Copiæ Gallicæ sub Duce Berwicensi expugnabant, & nisi fallimur, præsidariis urbis & Castelli Segusiani. Quæ ratio? Nulla alia, quam quod Dux Sabaudiæ ad partes Confœderarorum transferat, postquam scilicet ex foedere cum Gallo ante initio nihil nisi imminutionem summæ suæ potestatis provenire senserat, unde dixisse fertur: se hactenus curam egisse filiarum! sciarum, nunc tempus esse, ut quoque filiorum rationem habeat. Hujus iræ & indignationis Gallicæ effectus etiam & primus quidem erat, quod Dux Vindocinensis A. MDCCIII. jussu Regis sui omnes Copias Ducis Sabaudiæ, qua partem exercitus Gallo-Hispanici in Italia constituebant & ad numerum 3400. ascendebant, in captivitatem redigebat, ne Dux Sabaudiæ illis contra Galum uti posset.

§. XVII.

Hæ sunt potiores illæ causæ, quæ obsidentes ad delegationem capitulationis inducere solent. Videamus nunc

nunc de statu eorum, qui discretioni hostis se subjecerunt & quomo^d videt in illos animadvertere consueverit. Quin captivi fiant milites præfidiarii, qui ita se dederunt, nullum dubium est, unde Germani dicunt: die Guarnison ist zu Kriegsgefangenen gemacht worden & apud Gallos vocantur *prisonniers de guerre*. Sed quæritur: an libertatem quoque amittant & in servitutem redigantur? Res ex generali aserto DD. facile, quod hodie in bellis capti non amplius fiant servi, sed Christiani vel permutatione, vel pro certo pretio, quod belligerantes per speciale pactum das Cartel / determinare solent, iterum dimittantur, cum quo aserto praxis convenit. Evidem nonnulli interdum JCtos rident eosque absurdos esse existimant, quando afferunt, captivos non esse servos, cum tamen revera ut servi ab hostibus tractentur; sed falluntur hi ipsi. Neque enim de eo quæritur: quomodo hostes ejusmodi captivos trahent? quod ad questionem facti pertinet; sed in eo consistit cardo negotii: an nos illos captivos pro servis apud nos repudtemus? quæ est *questio iuris*, sed quæ simul negatur. Apud Romanos captivorum matrimonia dissoluebantur: non poterant illi testamento condere, & generaliter omnibus iuribus excidebant, quibus alias liberi homines fruuntur, prout hoc apud omnes in confessu est; verum quis talia de nostris captivis affereret? si dicis: Te per servos non intelligere servos Romanorum, sed alios, quos Tibi imaginari; tunc respondemus, statum controversiæ mutari, qui hactenus semper de servis in sensu iuris Romani talibus formatus fuit.

§. XLIX.

Ceterum quidem Burger Cent. 1. Obs. 14. monet, Victorem spectare debere, ne quem occidat, nisi id suo facinore meritum, nec cui quicquam auferat,

D

ni-

nisi in justam pœnam , cum ad clementiam & liberalitatem potius propendere semper honestum sit , unde Nicolaus Syracusanus apud Diodorum lib. 13. tradididerunt se cum armis confisi clementia victoris , quare indignum foret , eos decipi spe nostræ humanitatis ; verum enim vero ipse Burgerus concedit tandem , hæc quidem licita & decora esse , non tamen necessitatem inducere victori , sed illum potius impune & non violato jure Gentium in suæ discretioni deditos decernere posse , quicquid ipsi placuerit , juxta illud Senecæ lib. 2. de clement. 7. clementia liberum arbitrium babet : non sub formula , sed ex æquo & bono judicat , & absolvere illi licet , & quanti vult , taxare litem . Hinc si jus belli externum respiciatur , deditis nihil non eripi potest , etiam vita & bona . Nam deditio sponte permittit , quod alioquin vis erat eruptura , judicante ita Hugone Grotio de J. B. & P. lib. 3. cap. 8. §. 4. conf. eundem pluribus l. 3. cap. 20. §. 49. seqq.

§. XIX.

Subjungemus exempla quædam rem illustrantia . Communiter vero in deditos graviter animadverti solet , quando (1.) obsecsi in loco minus munito integrum exercitum , aut majorem ejus partem aliquo tempore fatigarunt , vid. §. XII. h. cap. vel (2.) in ducem belli ejusque exercitum verbis vel factis iniurii extiterunt , vid. §. XIII. vel quando (3.) pro rebellibus & seditionis reputantur , vid. §. XIV. Ita refert Michel de Montaigne des Effais l. 1. c. 14. Monsieur le Connétable de Mornmorenci au siège de Pavie , ayant été commis pour passer le Tescin & se loger aux faubourgs S. Antoine , étant empêché d' une tour au bout du pont , qui s' opiniastra jusques à se faire batre , fit pendre tout ce qui estoit dedans : Et encore depuis accompagnant Monsieur

le

le Dauphin au voyage dela les monts, ayant pris par force le Chateau de Vilane, & tout ce, qui étoit dedans ayant eté mis en piece par le furie des soldats, hormis le Capitaine & l'Enseigne, il les fit pendre & etrangler pour cette même raison. Comme fit aussi le Capitaine Martin du Bellay lors Gouverneur du Turin, en cette même contrée le Capitaine de S. Bony , le reste de ses Gens ayant eté massacré a la prise de la place. Addit hic Autor, pœnam eo magis exasperari , si Rex aliquis vel summus Princeps in propria persona in castris præsens sit, & obsecsi nihilominus locum parum munitum ad extrema usque defendant.

§. XX.

De exitu obsecionis Harlemenensis , (vid. §. XIII.) ita narrat Strada de bello Belgico lib. 7. quod ex mille ac sexcentis præsidiariis (ad quem numerum redacti erant, ubi se dederunt, cum quatuor millia obsecionis initio numerarentur) vix septingenti superfuerint, quia reliqui nongentii cum oppidanis ferme quadringentis , plerisque rebellionis incitatoribus, præsertim hæreses administris, Federici Toletani (Ducis Albani filii) sententia, continuato multorum diem ferali spectaculo , aut ferro , aut laqueo, aut demum aquis enecati. elusi impie numinis persolverint pœnas. Ita porro Sichemensis lib. 9. se Principi Alexandro Farnensi quidem tradidisse scribit, implorata victoris clementia, sed id frustra factum fuisse addit, ratione hac subjuncta: quod enim illi omnium primi contumaciam non nisi expugnati fractique posuissent: quodque eorum plerique, contra fidem in Gemblacensi pugna jurejurando firmatam , arma iterum induissent adversus Regem; Alexander omissa intempestiva benignitate , in perduelles animadvertendum ratus, arcis quidem Præfectum & militum primarios in-

centoresque ex ipsa arce lucem palam suspendi, reliquos (centum circiter ac septuaginta) noctu jugulatos in subjectum amnem projici jubet. Interim non diffitemur, praesertim in priori exemplo nonnulla rigori dicam? an crudelitati Ducis Albani adscribenda esse, quippe cujus jussu omnia faciebat filius Federicus. Accedabat fervor & zelus propagandi Religionem Pontificiam & extirpandi e contrario Reformatam, quippe cujus asseclas Strada haereticorum nomine insigniri adsuetus est. Verum hæc præsenti latius discutere, nostri instituti non est. Adjungemus adhuc aliud exemplum ditione arcis *Castilionis* A. MDCCII. factæ, de qua sequentia refert Autor der Europäischen Fama part. 7. pag. 613. die Belagerten / welche keine Hoffnung zum Entschug hatten / schlugen die Chamade und ergaben sich auf discretion. Die Garnison / welche ungefehr aus 500. Mann geworbeener Trouppen bestund / wurde zu Kriegs- Gefangenen gemacht. Über dieses befanden sich auff 300. bewaffnete Bauern darinnen / deren jedesmahl zwey umb den Galgen losen mussten / wie denn auch alle ihre Officierer aufgeknüpft wurden. add. Feltmann *Respons. milit. Resp. 2. in fin.*

§. XXI.

Alias & si tales circumstantiae (vid. §. XIX.) non concurrunt, sed urbs propter defectum annonæ & aliorum requisitorum bellicorum deditur, tunc ita communiter observari solet, ut nempe praesidiariis vexilla & arma auferantur, reliqua etiam res eripiantur & hoc facto illi in captivitatem redigantur. vid. Grot. de J. B. & P. I. 3. c. 20. §. 49. seqq. Imo interdum quoque fawne, siti aliquique modis ad militiam coguntur, sie müssen Dienste nehmen / ubi testatur Bonbra de arte belli & pacis, discurs. 24. in fin. & ex eo Burger Cent. 1. Obj. 31. inter

inter milites observari solere, si captivi intra mensam a Ducibus suis non redimantur, nec ipsi, unde lytrum personant, consequantur, quod tunc sub vexillis Ducis capientis se tuto fistere & velut a priori juramento tacite liberati Stipendia promereri soleant: imo & innoxius videtur, quem ante hoc tempus elapsum in certaminum rabiem necessitas egit, non voluntas. Non enim pari poena digni sunt, qui armorum impetu abrepti succubuerunt ei, qui jam rerum potitus est, quam qui sponte ad hostes concessere. Difficilia namque tempora excusationem aliquam dant descendentibus, Burger d. Cent. i. Obs. 35.

S. XXII.

Sed tamen nec in prioribus casibus (vid. §. XIX.) semper rigor ille observari solet, & in hisce posterioribus (vid. §. preced.) saepe etiam adhuc mitius cum militibus agitur. Sic Gemblacenses A. MDLXXIX. Johannis Austriaci clementiae se oppidumque dederant. Oppidum hoc, inquit Strada lib. 9. prædæ militum quasi pro loci fato destinatur, nam plurimis usque ab Domini anno nongentefimo cladibus, incendiis, ac populationibus nobilitatum est. Lamberti autem Gemblacensis Comitis Abbatisque apud Alexandrum Principem, atque Alexandri apud Austriae agentis opera a direptione injuriaque liberum stetit, milites armis exuti juratique, Belgæ quidem nunquam militaturos se adversus Hispaniæ Regem, ceteri vero per annum, incolumes dimisi sunt, retentis obsidum loco duodecim ex eorum primariis atque ad Namurensem arcem translatis. Sic porro in ditione Vercellarum A. MDCCIV. concedebatur a Gallis: I. Soll die Guarnison zu Kriegs- gefangenengen angenommen werden / und zwar durch die Breche ausziehen / ihr Gewehr aber in dem bedecten

D 3

Wege

Wege ablegen. 2. Die Officier sollen ihr Gewehr und Bedienten behalten. 3. Die Garrison in guter Ordnung abgeführt und mit ihren Officiern nicht übel tractiret werden. 4. Die Commandanten soll man wohin sie begeben, convoyiren. 5. Denen Officiern zu Absführung ihrer Bagage Führen verschaffen. 6. Denen selben thre Bagage lassen - die Räherlichen Völker nicht unterstet werden. Notabilis enim erat deditio urbis Alcantara in Hispania, quam Angli & Portugalli A. MDCCVI. Mense Aprili expugnabant, de qua seqventia referebant Novelæ: Et l'ont convint d'une Capitulation, qui fut d'abord signée des deux cotes, portant entr'autres choses, que la Garrison sortiroit de la Place par la Brebe avec toutes marques d'honneur, qu'on pratique en pareille occasion, & qu'elle seroit ensuite desarmée & faite prisonniere de guerre, à condition néanmoins, que les Officiers depuis le degré de Capitaine & au dessus seroient mis en liberté dans six mois. Hoc negotium revera erat mixtum: quid, nam ex parte sapiebat Capitulationem, & ex parte erat mera deditio. Sed ita pacta dant legem contractui & entia moralia infinitis modis variari possunt. Pertinet huc locus apud Grorium de J.B. S. P. I. 3. cap. 20. §. 51. sunt deditio[n]es, inquit, conditiona[re], qvæ aut singulis consulunt, ut qvibus vita salva, aut corporum libertas, aut & quædam bona excipiuntur: aut etiam universitati, qvarum nonnullæ etiam mixtum qvoddam imperium possunt induere.

§. XXII.

Unicum adhuc exemplum subjungemus, quod ostendit, victorem non semper summum rigorem erga victos atque deditos exercere. Diximus supra §. X. b. Cap. qvæ ratione Gubernator Urbis Verucensis, Baro de Freysingen,

gen, sese cum præsidiariis suis discretioni Ducis Vindociensis in extrema necessitate subjecerit. Quæ nunc porro illam ditionem subsecuta fuerint, ita refert Autor der Europäischen Fama Part. 34. p. 717. Als er der Commandant, in dem Donjon den Wechsel seines Elendes erwarte / und die Franzosen hinein kamen / ließ ihn der Duc de Vendome vor sich fordern und machte ihm mit einer verdrießlichen Mine folgende Anrede: Ihr habt/sagter/ in den jüngsten zwey oder drey Tagen eine Conduite bewiesen / die den Todt verdienet; aber ich will euch und eurer Garnison das Leben schenken/weil ich euren Muth und Standhaftigkeit loben muß. Addit paulo post idem Autor: Hiebey muß man an ihme (dem Duc de Vendome) ob gleich unserm Feinde / loben / daß er die redliche Garnison nicht dem Muthwillen seiner Soldaten überlassen/ die ihnen sonst alles bis auffs Hemble genommen/ und auff die schimpflichste Manier begegnet hätten / sandern/dß er den Franzosen 300. Louis d'or aus seinem eigenen Beutel ausgetheilet / damit sie die armen Teuffel ungeplündert lassen möchten / wie er denselbigen Abend auch die Lebens-Mittel unter die Gefangenen distribuiren lassen. Den folgenden Tag zogen die Belagerten aus dem Donjon , und wurden nach Casal convoyiret/ von dannen man sie weiter nach Novara, Alessandria und Tortone gebracht / und lediglich gar nach Frankreich mit Schiffen zur See abgeführt.

§. XXIV.

Hæc de denegatione Capitulationis sufficient. Pauca nunc vi rubricæ præsentis capitatis adhuc addenda sunt de eo casu, quando capitulatio quidem conceditur, sed tamen

con-

conditionibus non honorabilibus. Causæ, qvæ hostem victorem ad denegationem honoris ejusque signorum permovere solent, eadem sunt, qvas recensuirnstanquam causas denegandi capitulationem in totum §. IX. X. XII. XIII. XIV. XVI. Ex arbitrio enim victoris unice dependet, an aliquid, an nihil obseffis concedere velit. Species hujus Capitulationis tres recensentur in *Corpore jur. milit. Brandenb. p. 615.* der andere modus (qui opponitur Capitulationi honorabili) des Accords ist der / den man giebt / wann der Commandant aus Noth die Vestung übergeben muss / und besteht fürnehmlich in diesen reqviris: (1.) Dass sie mit Sack und Pack (2.) mit Ober- und Unter-Gewehr abziehen sollen / (3.) die Officirer ein ieder / was er tragen / oder was denen ein Junge tragen kan / mit sich nehmen / (4.) die Fahnen sollen vor dem Thore gelieffert werden. Alius modus auf Gnade und Ungnade. Da werden die Officier und Soldaten freygelassen / nicht anders / wie sie gehen und stehen / und werden convoyiret in die nächste Guarnison. (Sed ut plurimum tunc in captivitatem rediguntur, prout hactenus ostensum.) Alius modus: Wenn ein soldher Accord gegeben wird / dass Officirer und Soldaten mit einem weissen Stäblein davon gehen / ihr Ober- und Unter-Gewehr aber abgeben müssen / und was einer in einer Feibich / oder Schuback / verbergen kan / damit mag er abmarchiren / wiewohl ihnen zum öfttern nichts gelassen wird. Dependent hæc, prout diximus, ex solo victoris arbitrio.

§. XXV.

Exemplum ejusmodi capitulationis non honorabilis habuimus A. MDCCIV. Mense Augusto in expugnatione *Ivanogorod* in Esthonia per copias Magni Ducis Muscoviae facta,

facta. Gubernator loci inter alia hæc Capitulationi inseri
 desiderabat: Verlange ich einen honetten Abzug für mich
 und alle althier befindliche Officiers, Artillerie - Bediente
 und Soldaten der Festung / dergestalt / daß man mit
 fliegenden Fahnen / klingenden Spiel / 4. Canonen / Ober-
 und Unter-Gewehr / so wohl vor Gesunde / als Kranke
 allerdings unverwechselt / mit zugehöriger ammunition,
 nemlich 12. Schuß und Kugel im Munde abmarchiren kan.
 Verum respondebatur ipsi: Demnach Ihr Groß-Czari-
 sche Majestät victorieuse Waffen allbereits nicht nur ganz
 Narva / sondern auch das Hornwerk an Ivanogorod
 mit sturmender Hand erobert haben / und dermahlen in
 überflügigen Stande seyn / auch die alte ohne Defension vor-
 stehende Mauer von Ivanogorod in wenig Tagen in Grund
 zu schiessen / und die schwache Garnison sich weiter zu defen-
 diren / außer allen Stand zu sezen ; also kan par raison du
 guerre nichts anders veraccordiret und verwilliget wer-
 den / als daß die sambtliche Garnison aus Ivanogrod ohne
 Fahnen und klingenden Spiel / auch ohne entblößten De-
 gen / wohl aber mit Ober- und Unter-Gewehr ordentlich
 ausziehen / auch alle Artillerie-Bediente und was zu der
 Miliz gehörig / abmarchiren soll. -- Die begehrte Abschü-
 rung einiger Canons wird nicht accordiret. Et ita deinde
 concepta fuit Capitulatio, Europ. Fama Part. XXIX. pag 354.
 356. Aliud exemplum refert Petrus Baptista Burgus in
Comm. de bell. suecico lib. 2. c. 4. quod quidem Cæsareani Col-
 berga exiverint cum armis, sarcinis, ardentibus funiculis, so-
 nantibus tympanis ac duabus machinis, sed tamen vexilla re-
 linquere coadi fuerint, quæ a Suecis transfigendo impetrare
 non potuerant. Alia passim occurrunt eaque diverso modo,
 nam & hic sæpe variant Capitulationes.

E

CAPUT

CAPUT III.

DE
CAPITULATIONIBUS HONORABILIBUS.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

AN & quando praesidiarii sine expresso superioris jussu ad capitulationem procedere possint? §. I. Si expressus iussus Principis adest, tunc res est expedita. Ex solo tamen sigillo ille iussus non probatur. §. II. Quid si Princeps apud hostes captivus traditionem urbis mandet? §. III. De casu, quando Princeps omnem capitulationem atque deditctionem severe prohibet & jubet, ut in casum extreme necessitatis milites castello pulverem nitratum potius subjiciant & seipso cum castello auræ committant. §. IV. Signa, quibus obsecsi animum capitulandi cupidum indicant. §. V. Animus ille interdum quoque per verba & nuncios significatur. An licet obsecsis animum capitulandi simulare & simul colloquium super legibus & conditionibus ad lucrandum tempus postulare? §. VI. Antequam ad ipsam capitulationem proceditur, obsecdes dari solent ab utriusque parte §. VII. Inducia sequuntur. Quid durantibus illis licet? §. VIII. An ex parte obsecorum solius Gubernatoris consensus ad perficiendam capitulationem sufficiat, an vero etiam reliquorum Officialium, imo & militum gregariorum approbatione opus sit? §. IX. Pacta Capitulationum, que obsecsi communiter desiderare solent in Capitulationibus honorabilibus §. X. Est vero in arbitrio obsecantium, an quanam ex his obsecsis indulgere velint. §. XI. Duo exemplaria Capitulationis conficiuntur. A quoniam subscriptio fiat. §. XII. Pacta specialia, que Capitulatio-

yibus

nibus annexi solent. Tale est, quod praesidiarii intra certum tempus arma adversus victorem gerere non debeant. §. XLI. Grotii sententia de hoc pacto. §. XLV. Pactum, quod urbis obessa propugnacula everti debeant. Exemplum hujus pacti. §. XV. Pactum detrahenda urbe, si inter certum tempus auxilium non advenierit. Alia pacta. §. XVI. Taliapacta sunt infinita & ex contrahentium arbitrio dependent. §. XVII. De interpretatione Capitulationum §. XIX. Gubernatores sine justa causa urbem dedentes graviter puniuntur. §. XIX. Qui vero masculi eam defendunt, pranis afficiuntur. De Corona obsidionali §. XX.

§. I.

DE distinctione inter Capitulationem honorabilem & ordinariis honorum signis destitutam, nec non de natura & definitione Capitulationis honorabilis summatim quædam jam *Capite I. §. XII.* monuimus; nunc ad specialiora progrediendum erit. Hic iterum quidem se offert quæstio præliminaris: *utrum Officinalibus sine expresso superiorum mandato urbem aliquam hosti obidenti per modum capitulationis tradere liceat?* At vero postquam *Cap. II. §. II. seqq.* jam evicimus, quod interdum urbem obessam meræ discretioni & clementiæ obidentium dedere permittatur; hinc a majori ad minus nunc facile quoque inferri poterit. Repetimus ergo saltem hoc unicum: *Præsidarios tunc capitulare posse, quando vident, nullam liberationem sperandam esse, sed fore, ut intra breve tempus urbs obessa absque capitulatione in hosti potestate perveniat.*

§. II.

Quod si ergo expressus Superioris jussus adest, tunc res dubio caret atque Gubernator urbem obessam hosti prævio hocce jussu tradens, extra omnem culpam positus est. Illud in-

interim bene observat Burger. *Cent. 3. Obs. 10.* Gubernatorem non debere cedere arcem ei, qui venit *cum solo sigillo* (absque scilicet subscriptione) Regis, aut Principis, ad quem arx spe-
Etat, aut etiam illius Superioris, sive Generalis, cui Guberna-
tor parere ac obtemperare necesse habet, quoniam sigilla in-
terdum absque præscitu illius, ad quem pertinent, usurpari
possunt. Imo caute agere idem Burgerus dicit eos Guber-
natores, qui nec ad ipsum primum jussum arcem hosti tra-
dunt, sed reiterationem ejus expectant, ut fraudes omnes e-
vitent & sibi de voluntate Domini perspicacius constet, addu-
cto exemplo, das der Obrisse Lucas drey verschiedene Räth-
seliche Ordonnantien abgewartet / ehe er A. 1650. die Be-
stung Ehren-Breitstein abgetreten. De sigillo adde Meno-
chium de *præsumt.* lib. 2. *præsumt.* 57. num. 18.

§. III.

Sed quid si Rex, vel Princeps, apud hostes sit captivus & tra-
ditionem mandet, quaeritur: an Gubernator nihilominus pa-
rere necesse habeat? Distinguit Grotius *de J. B. & P. l. 3. cap.*
20. §. 3. an Rex regnum in patrimonio habeat, utrum vero illud
regnum ex consensu populi ortum trahat. Priori casu etiam Re-
gim captivum pacem facere, (& per consequens urbis aliqui-
jus ditionem imperare) posse asserit, non autem posteriori,
quia non credibile est, a populo imperium delatum ea lege,
ut & a non libero exerceri possit. Et licet quis intuitu prio-
ris casus objicere vellet, Principem hoc coacte fecisse, coa-
ctum autem non producere effectum in jure; responderi ta-
men possit, hic adesse coactionem justam, cum in bello omnis
captivitas sit licita, adeoque metus exceptio ad bellum solen-
ne non pertineat, Burger. *Cent. 1. Obs. 21.* ex quo fundamento
idem Autor decidit *Cent. 3. Obs. 56.* quod juramentum in ca-
ptivitate super Capitulatione pacis a Principe præstitum,
eundem

eundem efficaciter obliget. Inferim iterum facile largimur, quod cautus Gubernator tali tempore non minus, ac eo casu, de quo in §. *preced.*, dictum, maximam circumspectiōnem adhibere & ad primum jussum parere non debeat, quo pertinet exemplum apud Hortlederūm *vpon Ursachen des Deutschen Krieges de Gubernatore Civitatis Wittebergenſis*, jussi Electoris captivi Johannis Friderici, parere nolentis, sed ditionem urbis renuentis. Aliud exemplum de *Gubernatore fortalitii Ziegenbain Geislo*, refert Excell. Bodinus in *Disp. de obsequio militum in defendendo presidio Cap. I. §. 19.* De Rege captivo confer etiam *Guicciardinum lib. 16.* & *lib. 18.* apud Grotium *loc. cit.*

§. IV.

E contrario difficilis est quæstio, si Princeps omnem Capitulationem atque ditionem severo prohibeat, & potius jubeat, ut in casum extremæ necessitatis milites castello pulvarem nitratum potius subjiciant & seipso cum castello auræ committant. Tuitissimum fore putamus, si in resolvenda quæstione: quid tunc faciendum sit? Illustris Strykii vestigia in *Disp. de Fortalitiis Cap. 8. num. 31.* & *num. 43. seqq. sequamur.* Cum Principi, inquit, jus armandi & congregandi, Cives belli tempore inhæreat, merito eos delegabit, quos ad defensionem idoneos judicaverit, cumque salus Reip. subinde periclitetur, si fortalitia hostium vires adaugeant, tuto iisdem, ut castro submittant ignem, demandabit. Nec enim seipso directo & proprio occidunt, sed imperio ignis & aggerum ruina intenditur, quibus se, ut a Republica magnum avertant malum, aut eidem insigne bonum concilient, justissime exponunt, non secus, ac qui se telo objicit, ut Principi vitam servet. Ex intentione vitam quasi exosam perdere prohibitum, non vero

E 3

ex

„ex justa causa pericula eligere. Atque hoc non ad illud
 „reducitur, quod est hominem se occidere, sed ad illud,
 „quod est mortem perpeti, ne homo deserat virtutum of-
 „ficia, quod tam divinum, quam naturale ius approbat, So-
 „sto de de just. & jur. l. 4. quest. 2. art. 3. Leonhard Lessius
 „de just. & jur. l. 2. c. 9. dubit. 6. Ex his colligere licet, eos,
 „qui pulverem pyrium subdunt aggeribus, non intendere
 „sui interitum, sed ne hostis fortalitio cum publico potia-
 „tur damno, & ut se ipsi (si qua ratione possint) morticer-
 „tissimæ ab hoste inferendæ eripiant, vid. Amesium de ca-
 „sib[us] conscient. l. 5. c. 31. §. 14. Calculum huic addit con-
 „sensus & usus Gentium, tum in sacris literis laude deco-
 „rantur, qui pro Rege, aut civibus suis pericula mortem
 „præsentem minantia subiere, et si eos propria virtute
 „quandoque, aut insperato casu evasisse contigerit, quæ
 „spes tamen illud efficere non potuit, ut actum alias in se
 „illictum justè susciperent. Conferantur de hac materia
 Zevecotius ad Flor. lib. 2. c. 6. Pufendorff de I. N. & G. lib. 8.
 cap. 2. §. 4. & alii apud Scheinemannum de dedit. sub claus.
 clement. §. 9.

§. V.

Transimus nunc ad ipsam Capitulationem, Hanc
 præcedunt certa signa, quibus obfessi declarant, se urbem
 obfessam obfidentibus tradere velle. Olim adhibebantur
 vittæ & rami olivarum: apud Macedones consueta hastarum
 erexitio: apud Romanos scuta capiti imposta: Apud
 Persas manus post tergum complicatae: Apud Germanos her-
 ba porrectio: item apud Romanos etiam scuta & vexilla
 perversa, & apud septentrionis populos ignis successus. Ho-
 die apud nos vela candida tacitum habent signum petiti
 colloqui, sicut e contra rubra vexilla in mœnibus seu tur-
 ribus

ribus posita, signa esse solent, quod nullo modo deditio expectari, sed potius ad sanguinem usque extremum resisti debeat, vid. Grot. *de J. B. & P. lib. 3. c. 24. §. 5.* Communiter hodie etiam signum per tympanotribam dari sollet, quod vocant, die charmade schlagen. Sed nec signum per vexilla eorumque diversos colores Romanis plane incognitum fuisse videtur. Ita in *Corpor. iur. milit. Brandenb.* p. 602. dicitur, die Römer hatten zwar nicht so grosse Fahnen/ als wir aniezo gebrauchen/ jedoch hatte eine lede Farbe bey ihnen eine gewisse Bedeutung: Eine weisse Fahne bedeutet Unschuld und Frieden; Friedens-Fahne. Die rothe bedeutet Krieg und Eroberung; Krieg-Siegs- und Blut-Fahne / reliqua omittimus, vid. Köping. *de insignium jure c. 17. n. 30.* aliquie in *d. Corp. iur. citati.* Qui vero ejusmodi signis pacem denotantibus utuntur, a contraria signis bellandi animum innuentibus statim abstinere debent. Quod si non faciunt, obsidentes actus hostiles juste continuant. Lepidum exemplum hoc pertinens refert Burger. *Cent. 1. Obs. 16.* ubi obsessi Hassi in arce Huches-wagen pileis suppliciter ostendebant, se ad ditionem pronos esse, & interim tamen vexillum rubrum e turri etiam propendebat.

§. VI.

Interdum quoque per verba & nuncios significatur, obcessos ad capitulationem inclinare, in quem finem tubicines & tympanotribæ adhiberi consueverunt. Ubi quæritur: an liceat obcessis, animum capitulandi simulare & simul colloquium super Legibus & conditionibus ad lucrandum tempus postulare, deinde vero capitulationem respuere, vel ad minimum tales conditiones exigere, in quas obssidentes nullo modo consentire possunt? Tetigit hanc quæstionem jam quondam

dam Hugo Grotius *de J.B. & P. l.3. c. 24. §. 4.* cuius doctrinæ solidissimæ nos simpliciter subscribere non dubitamus. Res eo reddit. Simulatum colloquium super ineunda capitulatione est species stratagematis. Stratagematibus autem adversus hostes uti permisum est. Quem enim vi aperta aggredi licet, illius quoque vires per artem, sive dolum bonum, debilitare non prohibetur, hostis siquidem extra Statum pacis atque socialitatis constitutus est. Ipsi interim Collocutores ab obsidentibus missi non sunt lædendi, quia illis fides tacite data est.

§. VII.

Quoniam itaque ex quotidiana experientia in bello constat, quod obsesi sæpius ejusmodi simulata colloquia petant & tempus lucrari intendant; hinc cautelæ loco receptum esse existimamus, quod statim, postquam obseSSI verbis, vel signis animum capitulandi cupidum designarunt, obsides ab utraque parte ultro citroque dari soleant, qui non ex numero militum gregariorum, sed ex officialibus primi ordinis, denen Ober-Officiern / legi conserventur. Sed tamen & hæc cautela non multum prodest, quia, uti modo dictum, obsides ultro citroque dantur. Ergo obsidentes obsides ab obcessis missos retinere non possunt, licet omnia simulata esse opinentur, obseSSI enim sine dubio vicissim obsides ab obsidentibus missos essent retenturi, & sic nihil præcipui haberent obsidentes. Proinde receptum est inter belligerantes, ut quamprimum tractatus capitulationis intentatæ abrumpuntur, obsides ultro citroque iterum remittantur & utraque pars ad arma iterum redeat,

§. VIII.

§. VIII.

Postquam obsessi animum capitulandi cupidum modo antea dicto declarunt, & obsides ab utraque parte dati fuerunt, *inducia quoque sequi solent*, & per consequens arma cessant. *Inducias tacitas* has vocat Pufendorffius *de J. N. & G. lib. 8. c. 7. §. 7.* quæ per obsidum dationem tamen expresse confirmari videntur. Recte vero dicit Grotius *lib. 3. c. 21. §. 10.* durantibus hisce induciis auxilia & commeatut obsessis non esse admittenda, quia induciæ interim non debent ejus conditionem duriorem facere, qui illas dedit. Mœnia vero reficere ex parte obsessorum, nee non novas oppugnations in eventum adornari ex parte obsidentium cum induciis non pugnat. *An etiam ire & redire ultro citroque licebit?* Idem Grotius *lib. cit. §. 6. n. 3.* dicit, obsessa urbe a Tarquinio inter Porrennam & Romanos factis induciis, cum ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressos hostium Duces curuli certamine contendisse & victores coronatos fuisse, vid. Servius *ad lib. 11. Aeneidos*; verum tale quid hodie pendente Capitulatione vix concedi solet, sed regulariter obessi intra mœnia sua, & obsidentes intra castra sua se continere jubentur, ut omnis confusio evitetur. Sæpe enim ex conversatione obsidentium & obsessorum rixæ atque contentiones oriri solent.

§. IX.

Quæritur: *an ex parte obsessorum solius Gubernatoris consensus ad perficiendam capitulationem sufficiat, an vero etiam reliquorum officialium, imo & militum gregariorum approbatione opus sit?* Putamus, distinguendum esse. Aut enim obessi referuntur *ad hostem obsidentem*, aut *ad superiorem suum*. Priori casu solius Gubernatoris consensus sufficit, unde obsidentes parum solliciti sunt an omnes præsidarii

F

capi-

capitulationem approbent, annon, modo scopum suum obtineant & urbe obsessa potiantur. *Posterior casu* autem & quando Gubernator rationes reddere cogitur, quare urbem hosti tam cito tradiderit, tunc omnino ad consensum reliquorum etiam Officialium, imo & militum gregariorum respicitur. Ergo, si Gubernator absque iusta necessitate urbem hosti tradere intendit, & præsidarii non contradicunt, tunc ejusdem delicti socios se reddunt; si vero dissensum suum per seriam contradictionem testantur, tunc ab omni culpa liberi sunt. Pertinet huc Tit. I.
aus dem Königlichen Schwed. Kriegs-Artikels-Briefe
sub rubrica: Von Capitulation und Accord mit dem Feind/
ubi ita: Welches Regiment/oder Fahnen/ohn unsere/oder
des Feld-Marschalls Vorbewußt und Befehlich mit dem
Feind in einen Tractat, oder Handel sich einläßet/ und die
Befehlshaber daran schuldig seyn/ so sollen dieselben an
Ehr und Guth/ so auch am Leben gestraffet/ von den ge-
meinen Soldaten aber allezeit der zehnende nach dem Löß
gehencet werden/ &c. - es könnten sich dann etliche gnug-
sam entschuldigen/ daß sie sich dessen nicht theilhaftig ge-
macht/ sondern mit Ernst dawieder geredet/ auf solchen
Fall werden sie billich schadlos gehalten/ und hätten es zu
geniesen/ wann etwa Gelegenheit zu dero Beförderung
vorfallen würde. Sic in Casp. Matthiæ Schwarzen Deci-
sionibus militaribus, quæ insertæ sunt Corpori juris militaris
Brandenburgici p. 38. sub rubrica: Festungs Aufgabe con-
tra illos, qui non contradixerant ditioni fortaliti alicu-
jus, ita pronunciatum esse refert: daß dem Fiscal wieder
dieselbe/ so sich des Lasters der Übergabe theilhaftig gemachet/
und mit Ernst dawider reden sollen/ und solches nicht
gethan/seine habende Nothdurft fürzubehalten seyn werde.

§. X.

S. X.

Initium capitulationis communiter fit ab obseffis, qui certa puncta obſidentibus offerunt, quibus deinde obſidentes reſponſionem ſuam ſubjiciunt, an hoc illudve punctum concedere velint, annon. Exemplum (quamvis de capitulatione minus honorabili) habuimus Cap. præced. §. ult. Ea, quæ obſeffi prætendere ſolent, recenſentur ita in Corp. jur. milit. Brandenb. p. m. 613. (1.) Daſ man mit allen Bagage- Wagen beladen/ frey und ſicher ausziehen möge/ und bis N. convoyiret werde. (2.) Daſ die Besaſzung mit Ober- und Untergewehr/ fliegenden Fähnlein/ Kugeln im Munde/ an beyden Enden brennenden Lutten und klingenden Spiel/ (durch die Breche, wenn eine geleget worden / oder durch das Thor) abziehe. Item (3.) mit Sac und Pack/ 2. 3. oder mehr Stücken / wie auch mit einigen Munition- Wagen und Pferden. (4.) Daſ man auff einige Meilen bis an die nächſte Guarniſon convoyiret werde. (5.) Bey der Armée und Besaſzung / wo der March vorbeÿ gehen wird/ muß öffentlich verbothen werden/ bey hoher Straff die abziehende Völker durch keine Werbungen an ſich zu ziehen. (6.) Soll den Abziehenden frey ſtehen / allen ih- ren Vorraath zu verkauffen. (7.) Daſ alle Kranke und Beſchädigte/ welche nicht fortzubringen ſind/ mögen zurück bleiben/ und ſollen ſie mit Medicamenten ohne Entgelt verſehen und nachmahlen / wohin ſie wollen/ verſchaffet werden. (8.) Den March betreffend/ ſoll dem accordiren- den Gouvernatori frey ſtehen/ das Nachtlager zu erwehlen und den Tag nicht mehr/ als drey Meilen zu marchiren ſchuldig/ den vierdten Tag aber auszuruhen befugt ſeyn. (9.) Beym Abzug und folgends ſoll keiner arreſtiret/ viel- weniger einiger Schuld halben von iemand angesprochen wer-

werden / so soll auch keine inquisition auff Pferde / oder Leute verstattet werden. Hievon werden ausgenommen baar geliehene Schulden/ die absolut bezahlet werden müssen. (10.) Im fall/daz im Abzug/oder nachmahlis im March, von einem oder andern excels begangen würde/ soll es diessem Accord nicht præjudicirlisch seyn/ sedoch von dem Gubernatore, nach Beweis/ gestraffet werden. (11.) Alle währer Belagerung hin und wieder Gefangene sollen ohne Entgelt restituiret werden. (12.) Alle von Adel/Einwohner und Unterthanen / so der feindlichen Parthey anhängig worden/ erlangen hiemit Gnade und clementz: siehet ihnen auch frey mit der Guarnison abzuziehen und innerhalb = - ihre Güther zu verkauffen. (13.) Die Convoy unter einem Obristen soll seyn von 1000. Reutern/ welche die Besatzung bis an den bestimmten Ort begleitten sollen/ und damit die Convoy sicher zurück komme/ so sollen von Seiten der accordirenden zurück gelassen werden N. N. sollte auch die abziehende Besatzung unterwegs angegriffen werden/ so soll sie der convoyirende Commandant mainteniren. (14.) Die Körper/ so in währender Zeit an geweihten Orten begraben worden / sollen daselbst ruhig verbleiben. (15.) Dem Gubernatori soll erlaubet seyn/zwey Tage nach geschlossenen Accord gewisse Personen an seinen Herrn wegen seinen Abzugs abzufertigen. (16.) Die übrige Artillerie, Munition, Proviant/ alle Acta publica und archiva; item geistliche Güter/ so noch für handen/ sollen zwey Tage fürm Abzug durch gewisse Commissarien notireret und in Empfang genommen werden/ auch sollen die Abziehenden beym Abzug keine Minen oder angelegtes Feuer hinterlassen. (17.) Soll alles das/ was hiedrich accordiret worden/ sub fide Regia, nobili & germana (nach Geo

Gelegenheit der Umstände gehalten werden/ so lange bis die Guarnison an den bestünten Ort angelanget/ und nach geschlossenen Accord soll das Thor saint der Stadt mit = = Mann besetzen werden/ solche = = Mann aber in der Stadt weiter nicht / als bis an des Commandanten Haus kommen. (18.) Es soll auch bey der ganzen Armée verboten werden/ sich bis der Abzug gescheiden / an die Städte Graben nicht zu machen / welcher Abzug in dem = = Tag von Zeit der Unterschrift der Capitulation geschehen soll/ gleichfalls soll ab eodem dato ein general armistitium überall anbefohlen werden/ und soll in währender Zeit niemand in die Stadt ohne des Gouverneurs Erlaubnis kommen. Hodie, prout ex multis Capitulationibus observavi, communiter etiam ab obsessis peti solet, daß man ihnen etliche verdeckte Wagen erlaube / vel, daß man die Bagage nicht aufdecke noch durchsuche. Concedebatur hoc in capitulatione Urbis Bonnæ, sed addito hoc: Es ist verwilligt/ wenn man nur treulich und ohne Gefährde handelt/ und wenn keine Überläufer/oder solche Dinge darunter verborgen seynd/ welche vermöge gegenwärtiger Capitulation nicht durffen hinweggeschaffet werden.

§. XI.

Postquam ita postulata sua obtulerunt obsessi, in obsidentium arbitrio est, an illa omnia indulgere velint obsessis, annon, prout circumstantiae hoc suadere videntur. Solent vero præter illa in §. *præced.* ex Corpore juris militaris Brandenburgici recensita adhuc alia statum civitatis secularem & ecclesiasticum concernentia communiter inseri Capitulationibus. Sic in Capitulatione *Briesavensi* conventum erat art. (3.) & art. (ii.) Der Religion halber soll alles in dem Stande bleibben/ wie es in denen vorigen Zeiten unter

F 3

der Französischen Regierung gewesen / &c. Alle Einwohner sollen bei ihren Freyheiten gelassen werden. Solent præterea ex parte obsidentium sequentia exigi: Dass alle geheime Minen entdecket / auch alle geheime Sachen / so versteckt und vergraben sind/ offenbaret werden sollen. Das Proviuant nicht zu vergiften / und da es geschehen / anzugezeigen und zu offenbahren. (Hunc articulum in hoc bello in nulla Capitulatione inveni.) Alle Überläufer auszuantworten und darzustellen. Keine Bürger oder von Adel mit hinaus zu nehmen / &c, vid. citatum Corpus juris.

S. XII.

Hæc sunt principaliora capita, quæ Capitulationibus honorabilibus inseri solent, & quando de illis convenit inter utramque partem, tunc duo exemplaria confienda, quæ singula ex parte obsidentium a bello Duce, cui oppugnatio commissa fuit, ex parte obfessorum autem a Gubernatore subscribuntur, alterumque huic Gubernatori, alterum vero obsidentium Duci tradi solet. Memini casum, ubi Gubernator aliquis prætendebat, Capitulationem ex parte obsidentium subscribi debere ab ipso Campi Mareschallo generali, qui tamen in obsidione præsens non fuerat, obfessio enim solum a parte aliqua exercitus (durch ein detachement) suscipiebatur; sed scio simul, hoc ipsius postulatum rejectum fuisse. Ita etiam in Capitulatione Cæsaris Verdæ A. MDCCII. postulabat Marquis de Blainville art. 21. die gegenwärtige Capitulation soll mit allen ihren Articulis von allen Generalen der Alliirten unterzeichnet und bestätigt werden. Sed respondebat: Weil dieses wieder die Gewohnheit ist/ so soll die Unterschrift durch den commandirenden General geschehen. Ille enim Officialis, cui oppugnatio fortalitii commissa, in hoc negotio repräsentat personam supremi Ducis,

Ducis, qvippe a qvo speciali mandato instruitur, unde ejus subscriptio eundem effetum habet, ac si ab ipso supremo belli Duce facta esset. Apud Batavos tamen receptum est, ut Capitulationes ex parte obsidentium a Deputatis Status (denen Deputirten zu Felsde) simul subscribantur, qvippe qvi exercitum ubique comitari solent.

§. XIII.

Interdum qvoqve præter capita illa haetenus recensita pacta specialia Capitulationibus annexi consueverunt. Tale est, quod milites praefidarii intra certum tempus adversus obdentes rotumque hostilem exercitum arma ferre non debeant. Exemplum habuimus in expugnatione Urbis Guastalle, facta d. IX. Sept. MDCCII, ubi conveniebatur: daß der General Solari (als Commandant) mit dem Überrest der Besatzung an 1590. Mann bis nach Trient begleitet werden / und derselbe gehalten seyn solte / wider Frankreich und Spanien bis auff den 1ten April bevorstehendes Jahrs keine Dienste zu thun / Europ. Fama Part. 9. p. 787. Aliud exemplum præber Capitulatio urbis Ostende d. VI. Jul. MDCCVI. qvæ tamen minus honorabilis erat, die Besatzung zu Oßende zog mit dem Degen an der Seite aus / ohn anderes Ge- wehr und solte in 6. Monathen nicht wider Carlo den III. dienen / prout novellæ tunc referebant.

§. XIV.

De hoc pacto ita Grotius de J. B. & P. lib. 3. c. 23. §. 7. Solent & promittere quidam, ne in certum locum redeant, ne adversus eum, qui ipsos in potestate habet, militent. Prioris exemplum apud Thucydidem, ubi sic Ilhomenses promittunt Lacedemoniis: exituros se Peloponneso, nec unquam reddituros. Posteriorius nunc frequens est. Vetus exemplum est apud Polybius, ubi dimittuntur ab Amilcare Numida, sub lege, ne adversus Carthagin-

thaginenses eorum quisquam arma hostilia ferret. Hoc patetum, addit, quidam irritum pronunciant, quia sit contra officium, quod patrie debeatur. At non, respondet, quicquid contra officium est, statim & irritum est. Deinde vero, pergit, nec contra officium quidem, libertatem sibi parere id promittendo, quod jam est in hostis manu. Nihilo enim deterior fit patrie causa, cui is, qui captus est, (vel capi potest) ni liberetur, jam perisse censendus est. Tota res eo redit, necessitatem non habere legem, sed eam constituere exceptionem a regula, atque permittere, ut ex duobus malis minus eligatur.

§. XV.

Porro interdum inseritur capitulationi, quod urbis obsesæ propugnacula everti debeant. Exemplum habui mus in Capitulatione Cœsaris Verdæ A. MDCCCL d. xv. Jun. Articulum 1. obseSSI præfidiarii Gallici (quos Elector Colonensis copias auxiliares Circuli Burgundici appellari volebat) ita conceperant: die Fortificationen des Orts sollen gänzlich geschleift werden/ und will der General derer Trouppen/ welche den Ort belagert/ zur Versicherung solcher rasirung Geissel geben/ welche nicht wieder gelieffert werden sollen/ bis gedachte rasirung durch Ingenieurs von Seiten der Belagerten besichtigt und erkennet worden/das soldes völlig geschehen. Respondebant obsidentes: Dieser Articul wird bewilliget/ und sollen die Geissel überschicket werden. Protestabatur quidem Elector Colonensis contra hunc articulum & protestationem suam offerebat per Legatum Comitiis Ratisbonensibus, qvæ legi potest apud Autorem der Europäischen Farma Part. 7. p. 626. seqq. verum hic sine dubio locum habebat, quod alias dicitur, quemlibet imputare sibi debere, qvod alteri minus idoneo administrationem rerum suarum commiserit. Salva ergo manet actio Colonensi contra

contra copias Circuli Burgundici, qvibus defensionem Cæsar is Verdæ commiserat. Sed qvaritur: *utrum alias Gubernator tale pædum inire posse?* Puto, si utilitas Principis sui hoc exigat, posse, v.g. ne hostes ex hoc loco munito vicinas terras turbent, & devastent, alias non. Hic ergo omnes circumstantiæ probe considerandæ erunt.

§. XVI.

Interdum capitulationi certa conditio inseritur, obsessos urbem tradere velle, *si intra determinatum aliquod tempus speratum auxilium non advenerit*, qvam conditionem ramen vix admittere solent obsidentes, nisi tempus breve sit & illis jam certo constet, auxilium atqve liberationem nullam sperari posse. Interdum desiderant obsessi, *quod urbs futuro tempore neutralitate frui debeat*, sed & hoc itidem rarissime admittitur. Hoc frequentius contingit, ut qvando urbs aliqua expugnata est, castellum vero sive arx adhuc ab obsessis defenditur, ut, inquam, illo casu capitulationi inseratur, *ne castellum ex urbe oppugnetur*, & vicissim ne præsidarii, qui in castello deprehenduntur, urbem traditam aliquo modo lardant. Hoc eum in finem inseritur, ut incolæ urbis, eorum ædes atqve bona conserventur. Speciale quid erat, qvod Capitulationi Urbis Amberg in Palatinatu superiori A. MDCCIII. inserebatur: *Dass die Besatzung frey ausziehen / dagegen aber eben so viel Gefangene Alliierte aus Ulm frey gelassen werden solten.*

§. XVII.

Quemadmodum alias pacta & conventiones pro lubitu contrahentium infinitis modis variari possunt: ita qvoqve in Capitulationibus bellicis locum invenit, unde præter illa a nobis hactenus recensita plurima alia pro diversitate circumstantiarum addere, ex pacientium arbitrio similiter

G

depen-

dependet. Unum saltem exemplum adhuc subjungemus ex Capitulatione Urbis Bonae de dato d. xv. Maji MDCC HI. ubi Foederati art. VI. ita postulabant: Soll man kein Gold noch Silber mitnehmen / ausgenommen dasjenige / welches der Garnison und so wohl den Officiern, als Soldaten zugehöret. Alles übrige / und insonderheit die Juwelen / welche im Monath Julio 1702. auff der Holländischen Post nach Italien hinweggenommen werden / sollen daselbst verbleiben / oder aber der Werth derselben / und zwar ohne arge List und Gefahrde / wovor der Intendant und die Einwohner stehen sollen. Respondebant obsecsi Galli: Man wird kein ander Silber mitnehmen / als nur allein dasjenige / welches zur Bezahlung der Trouppen bestimmt ist / ferner / welches der Garnison, so wohl an Officiern, als Soldaten / zugehöret / und das Silber / welches alle diejenigen / so der Garnison folgen / etwa haben. Was die Juwelen betrifft / so hat die Guarnison hievon keine Wissenschaft / in dem sie damahlen nicht zu Bonn gewesen. Replicabant Foederati: Man verhoffet / es werde in obgedachten Dingen treulich und ohne Gefahrde gehandelt werden / und daß kein ander Geld / als dasjenige / welches würcklich zu Bezahlung der Trouppen bestimmt ist / wie auch das Gold und Silber / welches der Guarnison und denjenigen / so derselben vermöge dieser Capitulation folgen können / (quales erant der Intendant, Einnehmer / Kriegs-Commissarien / Proviant / Fourage- und Artillerie-Bediente) zugehöret / werde mitgenommen werden / und daß / was die Juwelen anbetrifft / der Intendant eine genaue Untersuchung thun lassen werde / umb selbige zu entdecken und wider zuerstatzen. Item conveniebatur art. IX. daß der Brigadier von Villers von seiner parole entbunden (captus enim erat & dimissus

missus auff parol) und seine genommene Paucken in der Stadt gelassen werden solten.

§. XIIIX.

De interpretatione Capitulationum nonnulla adhuc sunt addenda. Optimum quidem est, ut in conceptione Capitulationum omnis ambiguitates & obscuritates evitentur; verum, qvoniā hoc non semper obtineri potest, hinc interpretis officium omnino & in tali negotio locum sibi vindicat. Interim necessitas non exigit, ut novas interpretandi regulas hic addiscamus. Capitulatio est species pacti. Ergo qvæcunque regulæ alias in interpretatione pactorum adhibentur, illæ hic qvoq; locum inveniunt. Sed tamen, ut & hasce Dissertationi nostræ inseramus atq; ex Illustratum virorum, Grotii, Pufendorffii & Thomasi scriptis eas excerpamus, opus non est. Breviter dicimus: interpretatio ita fieri debet, ne sensus capitulationis involvat absurditatem. Ergo exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter turum sit, contra qvam fecit Alexander. Ita homines qui reddere promisit, vivos, non mortuos reddere debet contra qvam cavillati sunt Platæenses, vid. Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 10. §. 5. Ita memini, mihi relatum esse, qvod aliquando obsessis concessionem fuerit, ut aliquot tormenta bellica secum sumerent; deinde vero obsidentes obsessis denegasse equos, quibus mediantibus illa tormenta adducere volebant obsessi, sub prætextu, qvod de hisce eqvis in Capitulatione nihil expresse cautum fuerit. Hæ sunt meræ cavillationes, non autem justæ interpretationes. Omnis promissio enim ita intelligi debet, ut effectum aliquem operetur, tali vero interpretatione admissa tota promissio eluditur, qvod sine dubio maximam absurditatem involvit.

¶

XIX.
Denique illi officiales, qui sine justa causa capitulantes urbem obfessam hosti tradunt, gravibus poenis infamiz vel etiam mortis afficiuntur, vid. Brandenb. Kriegs-Recht i. 8. art. 38. aliaque in Corpore iuris militaris Brandenburgici, cuius exemplum habuimus in traditione Heidelbergae MDCCIII Executionem ita describit Autor der Europ. Fama Part. 22. p. 793. Er / der General Heidersdorff ward zur Belohnung seines Ritter-Ordens beraubet / mit demselben dreymahl ins Gesicht geschlagen und hernach dem Henker zur execution übergeben. Dieser setzte ihm auf einen Karren / zerbrach seinen Degen / schlug ihn mit den Stücken dreymahl ins Gesichte / und nahm darauff die ewige Landes-Verwessung aus den Oesterreichischen / Schwäbischen und Fränkischen Ländern vor. Alia exempla, ubi pena mortis dictata fuit propter traditionem urbis Brisaci MDCCXCV. habet idem Autor loc. cit.

S. XX.

E contrario autem Duces belli, qui urbem in eum redigunt statum, ut obsidentibus per capitulationem (vel etiam, quod majus est, sine capitulatione) a praefidariis tradi debeat, magnas laudes merentur & haud raro præmiis laborum suorum afficiuntur. Hoc & vicissim obtinet, quando Gubernator urbem adversus obsidentes masculine defendit. Apud Romanos hoc casu Corona obsidionalis in usu erat. De P. Scip. Æmiliano ita Vellejus Paterculus lib. I. c. 12. Eodem tempore, inquit, P. Scipio Æmilianus, Vir aviiis P. Africani paternisque L. Pauli virtutibus, simillimus, omnibus belli ac togæ doctibus, ingenioque ac studiorum eminentissimus seculi sui, qui nihil in vita nisi laudandum, aut fecit, aut dixit ac sensit; quem, Paullo genitum,

genitum, adoptatum a Scipione Africani filio diximus, editatem petens consul creatus est. Bellum Cartagini jam ante biennium a prioribus consilibus illatum majore vi intulit; scum ante in Hispania murali corona, in Africa, obsidionali donatus esset, idque propterea, ut ex Schegkio addit. Antonius Thysius in notis, quia octo cohortes obsidione vallatae consilio & virtute servaverat. Erat autem haec corona obsidionalis graminea, Steweck. Comment. ad Veget. pag.

102. Gellius noct. Attic. lib. 5. c. 6. Thysius loc. cit.

CAPUT IV.

DE

CONTRAVENTIONE CAPITULATIONI NUM.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

A Capitulationibus ex post facto saepè receditur. §. I. Factum privati alicuius non est justa causa rumpendi Capitulationem. §. II. Bene tamen, si presidiarii coniunctim contra Capitulationis legem percant. §. III. Item si ipsi obsecsi Capitulationi non fidunt. Exemplum buc pertinens. Illustratio ex materia de salvo conductu. §. IV. An Capitulatio expiret, si obsecsi tempus ad discedendum prænitum elabi patientur? §. V. De Gubernatore Capitulationem violante. §. VI. De Principe Capitulationem infringente. §. VII. Exemplum buc pertinens de Mareschallo Bufflerio. §. VIII. De aliis casibus. §. IX. Quid vocabulum contraventionis hic denotet? §. X.

G 3

S. I.

§. I.

Quemadmodum omnis pax *ratione prime intentionis partium* non solum æterna, sed etiam inviolabilis & sancta vocatur: ita nemo dubitat, quin etiam Capitulationes stricte & juxta tenorem verborum (non exclusa tamen justa interpretatione) ab obsidentibus præcipue, quippe qui victorum partes hic occupant, sine ulla contraventione observari & executioni dari debeant. Interim tamen sicut *ex post facto* multa superveniunt, quæ æternitatem pacis unitæ prorsus abrumpunt: sic etiam eodem modo ob eventus tales, de quibus ab initio non fuit cogitatum, saepè a Capitulationibus prorsus receditur & ad priorem statum hostilem iterum devenitur.

§. II.

Quinam vero tales sint eventus, de hoc principalius quæstio instituenda erit. Distinguimus, utrum *privatus aliquis* capitulationi contravenerit, an vero *præsidarii conjunctum*, aut *Gubernator*, aut *ipse summus Princeps*. *Frimo casu*, si scilicet *privatus aliquis* leges Capitulationis violaverit, capitulatio ab obsidentibus nondum vicillim violari poterit, scilicet intuitu omnium *præsidiorum*, sed violator justa pœna afficiendus, vel illis, quos læsit, dedendus est. Quod si neutrum fiat, tunc ratihabitio superioris accessisse censetur. Optime Grotius de J. B. § P. l. 3. c. 21. §. 13. *Privata*, inquit, *facta non rumpunt inducias*, nisi *publicus actus accedat*, *puta imperii*, aut *ratihabitionis*, quæ etiam intelligitur *accedere*, si qui deliquerint, nec puniantur, nec dedantur, si non reddantur res. Et

Et hinc (vid. §. X. b. cap. num. 10.) Capitulationibus interdum expresse inseritur , im Fall / daß im Abzug / oder nachmahl im March , von einem oder andern excess begangen würde / soll es diesem Accord nicht præjudicirlich seyn / iedoch von dem Gubernatore nach Beweis gestraft werden. Talis clausula non quidem ex necessitate , sed tamen majoris securitatis gratia & instar cautelæ Capitulationibus inseritur.

§. III.

Aliud obtinet , quando *præsidarii conjunctim* capitulationi contraveniunt. Est vero contraventio , si illud exacte non observant , quod lege Capitulationis expressum fuit. Ergo quot sunt articuli in Capitulatione , tot etiam possunt esse species contraventionum. Huc pertinet , si obseq̄s sc̄cum velint abducere illos , qui forsan durante obsidione affectum aliquem erga obsidentes declararunt. Melius tamen faciunt obsidentes , si & hoc casu mitiorem viam eligunt , quam si juri stricto & rigori militari inhærent. Exemplum habemus in obsidione Urbis *Barcinonis* in Principatu *Cataloniæ* , suscepta & feliciter peracta a Carolo III. Hispaniarum Rege Catholico Anno MDCCV. auxilio Anglorum atque Batavorum. Ita vero Carolus ad Potentissimam Magnæ Britanniæ Reginam , Annam , hac de re scribebat . Il est arrivé un autre accident , qu' on n' a voit pas prévu . Les cruautés du pretendu Vice Roy & le bruit , qui courroit , qu'il vouloit emmener des Prisonniers contre la Capitulation , avoit suscité les Bourgeois & quelques uns du País à prendre les armes , pendant que la Guarnison étoit occupée à charger leur Bagage , qui devoit sortir le lendemain ; de sorte , que tout tendoit au carnage . Mais les Troupes de Votre Majesté sont entrés dans la ville avec le Comte

Comte de Peterborough; & au lieu de s'employer à pêcher, commⁱon fait ordinairement dans de pareilles occasions, elles ont calme le desordre & ont souvé la ville & la vie même de leurs ennemis avec une discipline & générosité, qui n'apoint d'exemple. Du Camp de Serria devant Barcelonne le 22. Oct. MDCCV.

S. IV.

Huc etiam referri potest, si ipsi obsecsi inita Capitulationi non fidunt, & eo ipso ab eadem recedunt. Exemplum referto fide novellarum de dato Regensburg d. XIX. Jan. M D C C V I. quæ ita factum narrabant: Vor gestern Abend hat sich zwar die Stadt Camb wieder per accord ergeben / Krafft dessen die Rebellenische Guarnison selbigen Tages um 12. Uhr Mittags fr. h hätte abziehen sollen; weilen sie aber den Termin verstreichen lassen/und sich bis 3. Uhr Abends aufgehalten / unter welcher Zeit sich viele hinauspracticiret / als seynd die meiste von diesen Flüchtigen / so denen Husaren in die Hände gerathen / massacraret worden / viele aber / so sich durch den Fluss Regen salviren wollen / seynd darinnen ertrunken. Der geweste Ober-Commandant Müller und der Vice-Commandant, Bratwurst seynd gefangen / so einen schlechten Lohn bekommen werden. Gegen 200. Bauren/ so noch in der Stadt geblieben / und umb pardon gebethen / vorgebend / sie seynd gezwungen / seynd mit ihren eigenen Prügeln / so sie an statt des Gewehrs gehabt / zum Thor hinaus und nach Hause gejagt worden. Der Bürgerschafft aber (weilen selbige das Gewehr nicht ergriffen) ist kein Leid wiederfahren. Res fere se habet, ut in materia concessi salvi conductus. Quod si enim Reus ipse salvo conductui non fidit, sed comparere re-

recusat, ubi tamen ejus præsentia necessario requirebatur, v. g. quando non vult respondere ad Articulos inquisitionales, sed forte per literas narrationem facti transmittit, tunc non est servandus salvus conductus illi, qui ipse a sua parte promissa non præstat, Prosp. Farinacius quest. crim. 29. num. 65. Brunnem. Proc. inquis. cap. 6. membr. 6. num. 22.

§. V.

Posset ex eadem materia salvi conductus argumentum desumi, capitulationem non esse servandam, si tempus ad discedendum obfessis præfinitum sit clapsum, nam & salvus conductus effectum suum amittit, si tempus eidem præfinitum sit præterlapsum, Brunnem. loc. cit. Notat tamen Matthias Colerus de Process. execut. p. 4. c. 1. num. 243. ius discentem non ita rigidum & severum Catonem esse debere, ut ob modicum intervallum temporis statim procedat ad compedes, cum tempus in dubio relinquatur arbitrio judicis, tanquam boni viri. Possumus hoc itidem ad nostrum scopum commode applicare, ut scilicet obfidentes, quamvis certa dies & certa hora discessus in capitulatione præfigi soleat, non tamen ita rigidi esse debeant, ut propter modicum temporis spatium & aliqualem moram obfessorum capitulationem statim abrumpant, cum interdum obfessis præter intentionem atque voluntatem suam impedimentum aliquod obvenire possit, quo minus præfinitum tempus ita accurate observent. Et hoc similiter boni viri arbitrio est dijudicandum.

§. VI.

Sed quid si Gubernator capitulationi contraveniat? Distinguendum puramus: an scilicet reliqui Presidiarii, vel saltē aliqui ex illis, hujus contraventionis participes se reddant,

H

dane, annon. Priori casu nullum dubium est, quin obsidentes intuitu eorum, qui cum Gubernatore conspirant, adata fide per Capitulationem prorsus sint liberati, quo pertinet exemplum antea §. III. adductum de Gubernatore Urbis Barcinonis. Posteriori autem casu putarem, factum Gubernatoris reliquis Praesidiariis obesse neutquam deberre, sed Gubernatorem, quia Leges mandati excedit, pro privato reputari, adeoque juxta ea procedendum esse, quæ supra §. II. h. Cap. monuimus.

§. VII.

Quod si ipse Princeps Capitulationem violat, tunc nullum dubium est, quin eadem intuitu subditorum iterum violari possit, juxta vulgatum: quicquid delirant Reges plectuntur Achivi. Hoc vero non solum eo casu procedit, quando ille Princeps Capitulationem violat, *cujus subditi sunt obessi;* sed quoqae illo casu, *quando ejus subditi sunt obsidentes.* Si nempe hi legibus conventis contraveniunt, tunc alio tempore idem jus in illos statui potest. Exemplum præbet, illudque notabile, violatio legum deditiois Urbis Deinse & Dixmude Anno MDCXCV. a Gallis facta. Res meretur, ut eam paulo largius referamus ex Autore de la suite de l'histoire de Hollande de Mons. de la Nouville Tom. II. c. 10. in fin. & c. 13. Conventum erat in deditioне dictarum urbium: que les Officiers, qui s'étoient rendus Prisonniers de guerre, seroient traités suivant le Cartel fait au commencement de la guerre: que les Regiments ne pourroient être séparés, que par proportion, avec les Officiers: & que la Garnison ne seroit pas envoyée hors du pais conquis depuis l'an 1672. Verum Galli hæc non. observabant, & hinc Fœderati, ubi Mensis Septembri A MDCXCV. Namurcum expugnaverant, jure repressaliarum adversus Gallos utebantur.

§. VIII.

S. VIII.

Rem ita narrat Autor paulo ante allegatus. La Gar-
nison du Chateau de Namur sortit le 5. de Septembre, conforme-
ment à la Capitulation, qui avoit été accordée au Marechal de
Boufflers. Ce Marechal suivit à la tête des Dragons, dont les
chevaux n'avoient pas été tuez. Il avoit eu la precaution de si-
puler, qu'il seroit conduit à Givet avec les troupes, qui avoient
defendu la Place, par le chemin le plus court, sans que sous quel-
que pretexte, que ce fut, on pût leur faire prendre une autre
route. Cependant il eut la mortification d'être arrêté, mortifi-
cation, qui lui fut mille fois plus sensible, que celle, qu'il s'etoit
du constraint d'essuyer en rendant cette importante Place, car
enfin il voyoit bien, que ce n'etoit pas un léger affront pour le
Roy tres Chrétien, que celui d'arrêter un Marechal de France.
Dès que ce General parut en sortant des brèches, un des Seigneurs
des Ecats (Dykvelt) qui étoient aupres du Roy d'Angleterre,
s'aprochant de lui, se prit à lui dire, qu'il souhaitoit de bentre-
tenir en particulier. Il vouloit même pour cela le faire sortir
bors de la ligne des troupes, qui étoient rangés en baye, lors que
la Garnison Francoise passoit, mais le Marechal, qui ne scavoit à
quoy s'attendre, répondit qu'il n'avoit qu'que ce soit de suspect
aupres de lui, qu'il n'avoit qu'à dire ce qu'il plairoit. Ce
Seigneur s'aprocha de plus près encore, & il lui dit alors, qu'il
faloit qu'il rentrât dans la ville, que le Roy de la grande Bre-
tagne le faisoit arrêter. Jamais surprise ne fut plus grande,
que celle du Marechal de Boufflers. Il dit quelques paroles
assez fiers, quelques Officiers Francois firent même des menacis
& commenoient déjà à mettre l'épée à la main, mais on leur fit
comprendre que ce n'etoit plus le tems, que les Alliez se laissoient
menacer, qu'ils n'avoient qu'à remettre l'épée dans leur four-
reau, s'ils ne vouloient être tailllez en pieces. Ces Officiers furent
assez

assez sages, pour ne pas pousser plus loin les choses, & dans ce temps là un Lieutenant des Gardes du corps du Roy d'Angleterre, suivi de quelques Officiers & de quelques Gardes, s'étant aproché lui dit qu'il avoit receu ordre de le conduire dans la ville. Le Marechal eut beau dire, qu'on l'arretoit au préjudice d'une Capitulation autentique, que le Duc de Baviere venoit de signer, & laquelle il n'avoit point violée: Le Lieutenant des Gardes répondit, qu'il executoit ses ordres & comme il voulut savoir le sujet de sa detention on lui dit, que c'étoit au sujet des infractions, qui avoient été faites aux Capitulations de Dixmude & de Deinse, lors que ces deux Garnisons se rendirent prisonniers de guerres par la lâcheté de leurs Commandans. Ces Capitulations avoient été enfrainées en trois ou quatre articles, mais le principal grief du Roy d'Angleterre étoit, qu'on n'avoit pu recouvrer encore les troupes qui avoient été faites prisonniers dans ces deux places, quelques remontrances que les Alliez eussent faites au Roy de France: & cependant par le premier article de ces Capitulations, elles devoient étres traitées selon le Cartel fait au commencement de la guerre c'est à dire, qu'elles devoient étre échangées, ou rachatées quinze jours après. On dit sans détour au Maréchal, que le Roy de la Grande Bretagne vouloit avoir raison de cette affaire, que puisque Sa Majesté Tres-Chrétienne avoit viole deux Capitulations, Sa Majesté Britannique en pouvoit bien violer une, qu'on ne faisoit en cela, que finir les droits de la guerre & qu'on esperoit, qu'il neutroveroit pas mauvais qu'on l'arrêtât jusqu'à ce que ces Garnisons eussent été mises en liberté & relachées selon leurs Capitulations & le Cartel. Le Maréchal de Boufflers n'eut d'autre réponse à faire, si ce n'est qu'il étoit surpris de ce qu'on n'arretoit pas plutôt la Garnison, à quoi on repliqua, qu'on faisoit tant de cas de sa personne, qu'on l'estimoit plus que quatre Garni-

Garnisons comme celle du château de Namur. Ce Général fut conduit apres cela dans la ville , ce qu' on ne fit néanmoins qu' apres lui avoir offert de lui laisser continuer sa route s' il voulloit promettre sur sa parole de porter le Roy Trés Chrétien à relacher les Garnisons dans quinze jours , mais il aimait mieux être arrêté , que de s' engager à ce qu' on exigeoit de lui . Le parti , que prit la Cour de France fut dissimuler cette occasion & d' écrire au Maréchal de Boufflers , qu' il fit assurer le Roy Guillaume qu' on relacheroit les Garnisons. Le Maréchal engagea sa parole & dans le moment le Commandant de Mastricht eut ordre de lui dire , qu' il étoit libre , & de lui donner une escorte jusqu' à Dinant.

§. IX.

Refert hoc quoque Burger Cent. 2. Obs. 48. illum casum , si victi verborum petulantia usi fuerint. Ratio est , quia propter ejusmodi petulantiam & verba injuriosa prolatā utraque pars ad statum belli redit. Injuriæ enim cum pace non sunt compatibilis. Cum ergo , inquit Author citatus , jura ejusmodi convitia punire permittant , quidni possit victor , qui armis jus quæsitum ac vitæ necisque potestatem habet , aliquid pœnalitatis in ejusmodi temerarios statuere ? Verum , quod addit idem , capitulationem tunc etiam violari posse , quando (1.) terrore opus est , (2.) si pertinacius restitutum sit & (3.) si de iniustitia bellī convicti in armis persistenterint ; hoc vix concedi potest. Quod si enim terrore opus , aut si obfessi pertinacius restiterunt , obdidentes propterea ira commoti sunt ; tunc capitulatio plane deneganda , si autem semel conces-

H 3

fa,

sa, eadem stricte servanda est. Non enim post capitulationem peccarunt obsessi, & licet antea forsan in culpa fuerint, hæc tamen per capitulationem ipsis remissa est. Quod vero convictionem de injustitia belli concen-
nit, illam nunquam fatebitur adversa pars & licet fate-
retur, tamen prior responsio iterum recurrit, quod ob-
sidentes ineundo capitulationem omni juri suo in exigen-
dis poenis renunciaverint,

§. X.

Tandem, quod primo quidem notandum fuisset, nos nunc ultimo loco monemus, vocabulum *contra-ven-tionis* sæpe in malam partem accipi tanquam factum legibus contrarium: unde contraventio Pacis, contraventio fœderum, &c. pro justa causa bellum contravenientibus inferendi haberur; ast vero nos hoc loco in bono si-
gnificatu illud *intuitu ob-sidentium* accepimus, supponen-
tes, adversam partem sufficientem causam nobis pra-
buisse, quod a conventione ita licite re-
cedere potuerimus.

T A N T U M.



Est decus ingenii , studiis consumere vitam,
 Phœbum , quin Musas , eloquiumque sequi:
 Quod fulgore micans in TE splendescit HAGERE ,
 Qui premium famæ non morientis habes.
 Constat , quod foveant TE basia casta Minervæ ,
 Atque paret suavis dona beata Thermis ,
 Creverunt artes igitur sub flore juvenæ ,
 Quas Musæ donis excoluere suis .
 Jaetamus tanta TE verbis , indeole dignum ,
 Dum genio virtus suggesterit ipsa tuo .
 Profers , quas Pallas TIBI nil parcente finuque
 Pleno dat , studiis nobilioris opes .
FORTUNATE vola , quo TE vocat ardua virtus !
 Artes ingenuæ buccina laudis erunt .

Hæc

NOBILISSIMI DOMINI FRIDERICI PAULI
 HAGERI , Contubernialis suavisissimi , & Conterra-
 nei honoratissimi nec non amici uti conjunctissimi ,
 sic debita observantia colendi dignissimis laudibus ,
 de egregio eruditio[n]is specimine gratulabundus , ac-
 cinebas

Johannes Henricus Thunius ,
 Sondersh. Schwartzburg .
 Opp.

Siccine nunc studium monstras actæ bene vitæ ,
 Ingeniique Tui dotes , mi Fautor amande ,
 Detensum ascendis cathetram sub Præside magno
 Bellica sis fortis : quid capitulatio poscat .

Gratu-

Gratulor hinc ergo, lætor, voveoque supremum,
Ut, quæ cœpisti, mandet Tibi pergere fauste.

*In candoris tesseram ob eruditum flu-
dorum specimen in illustri Frideri-
ciana publice editum sic congratula-
ri voluit*

Joh. Ant. Stoltzenberg,
Bleicheroda-Hohnsteina.
Opp.

BEn sei HAGER dotto, ch'hai cavato,
Thesori saggi, di Nobile Bocca,
Ditant' illustri Genti, ch' in fatto tirato',
Quel nobil Lode, ch' adesso si tocca,
A quasi tutt' il Mondo ch i doni ammiri,
Che proferisci, gi progie e cho' gniun' aspira.

Felice dunque sei amice ch' arrivi,
Per guida d' Illustri STRYCK & d' Eccellente
LUDOWICI, da chi, vieni, a rivi
D' Elicon' il car' e splendente
Continuisci pero, com' adesso mi parmi
Alt' inestinguil LODE lattrara, i carmi.

*Per contestar la sincerita
della sua affezione sop-
poneva*

Gio. Davide Jentzsch,
Zittano LL. Stud.

(o)

cage amais
cum , spilbed
an, vid Excelts
I. §. 31. Nob
rem pervertere,
ut fiam delata
erat, nunc mino
rutto da amittere
cum futurum dix
anis maior et, co
42. Sed minor
delitia in felicitate,
corpus machin
ientia utemque
pro nullis habe
sticentum. Quare
Dr. Röderus in
z impugnasse,
eine zu Börge
zu erneffen und
tam labors ne
serfolvimus, qf
io relingamus
am omnibus &
t. Ita vero de
adire, non alio
sed gratias aga
nos nisi de mag
ni, sed fieri fa
r.

l. 10. ps. 10. l. 10.
ps. 10. l. pr. 10.
l. 10. l. pr. 10.
l. 10. l. pr. 10.
l. 10. l. pr. 10.

154547



Sb.

DNZ

R

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100**Farbkarte #13****B.I.G.**

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



24

DISSE^TRAT^O JURIDICA
DE
**CAPITULATIO.
NIBUS BELLICIS,**

QUAM

DEO T. O. M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, DUCATUS MAGDEBUR-
GICI GUBERNATORE, ET RE-
LIQUA,

IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E

JACOBO FRIDERICO LUDOVICI,

J. U. D. PROF. PUBL. ET FACULT. JURID.

ADSESSORE,

Ad d. Septembr. Anno MDCCVII.

H. L. Q. C.

Placido Eruditorum examini submittet

FRIDERICVS PAVLVS HAGER,

Gothanus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis JOH. GRUNEKI, Acad. Typogr.

(xxiv.)

